SVscipe q̃s dñe p sacri cõnubij lege mun⁹ oblatũ ⁊ cui⁹ largitor es opis esto dispositor. Post pacẽ ⁊ cõtonẽ immediate anteq̃ complenda dicat̃ dr hec orõ super homines et incipitur absolute. Oremus siue dominus vobiscum. Et nota q non debet dici super illos qui al's fuerunt coniugati vel vxorati. Propter hoc quia caro magis benedicta trahit ad se minus benedictam. Et est bene cauendum de ista oratione q non dicatur super illos qui al's fuerunt coniugati vel vxorati: quia siquis sacerdos hoc faceret debet totaliter priuari a beneficio vel suspendi. Et propter hoc debet quilibet cauere a talibus. ¶ Oratio.

PRopiciare q̃s domine supplicatiõibus nr̃is. ⁊ institut(tuis: quib⁹ ppagationẽ humani generis ordinasti benignus assiste. vt quod te auctore iungitur te auxiliante seruetur. ¶ Prefatio.

Ad matrimonium.

PEr omnia secula seculorum. Amen. Dñs vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dñm. Gratias agam⁹ dño deo nostro. Dignum et iustũ est. Uere dignum ꝛ iustum est equum ꝛ salutare. Nos tibi semp̄ et vbiqꝫ gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui potestate virtutis tue de nihilo cuncta fecisti. qui dispositis vniuersis exordijs homini ad imaginē dei facto. Ideo inseparabile mulieris adiutoriũ condidisti vt femineo corpori de virili daret carne prĩcipium. docēs ꝙ de vno placuisset institui nũꝙ̄ liceret disiungi Deus qui tam excellenti misterio coniugalem copulam cõsecrasti. vt xp̄i et ecclesie sacramẽtũ presignares in federe nuptiarum. Deus per quē mulier iungitur viro. et societas principaliter ordinata ea bene ✠ dictione donatur que sola nec per originalis peccati penam nec per diluuij est ablata sententiã respice propicius super hanc famulã tuam que maritali iungenda est consorcio tua se expetit protectionem muniri. Sit in ea iugum dilectionis ꝛ pacis. fidelis et casta nubat in christo. Imitatrixqꝫ sãctarum feminarum. Sit amabilis vt rachel viro suo sapiēs vt rebeca. longeua et fidelis vt sarra. Nihil in ea ex suis actibus ille auctor preuaricationis vsurpet nexa fidei mandatisqꝫ permaneat vni thoro iuncta, cõtact⁹ illicitos fugiat infirmitatē suã mũiat robore discipline. Sit verecũda grauis pudore venerabilis doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole: sit probata et innocens et cum viro suo ad beatorum requiem atqꝫ ad celestia regna perueniat Et videat filios filioꝝ suorum vsqꝫ in tertiam et quartam progeniem et ad-

optatam perueniat senectutem. Per. Cõmunio. Benedicimus deum celi ⁊ corã omnib⁹ viuẽtibus cõfitebimur ei qꝛ fecit nobiscũ misericordiã suã. Cõplenda.

Proficiat nobis ad salutẽ corporis et aĩe dñe de⁹ noster huius sacramenti susceptio. et sempiterne sancte trinitatis confessio. Alia complenda.

Quesum⁹ omnipotens de⁹ instituta prouidentie tue pio amore comitare. vt quos legitima societate connectis longeua pace custodias. Per. ¶ Post missam det eis panem benedictum: et accipiens eam per manum reddat viro suo dicens.

Accipe eã in noĩe patris et filij ✠ et spiritus sancti. Amen. Deus abraam. deus ysaac. et de⁹ iacob sit vobiscũ. Impleatqꝫ benedictionẽ suã in vobis. Amen. Ite in pace. ¶ Bñdictio thori in nocte sup adolescentes. Primo aspergant̃ aqua bñdicta dicendo añ. Asperges me ꝛc. añ. Signũ salutis pone dñe in domibus istis et non permittas introire angelũ pcucientem in domib⁹ in quib⁹ habitamus de celo pone signũ tuũ dñe et protege nos et non erit in nobis plaga nocẽs. ℣. Ostende nobis dñe misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater oṗs eterne deus ⁊ mittere dignare sanctũ angelum tuum de celis qui custodiat foueat protegat visitet et deffendat omnes habitantes vel fideliter conuenientes in hoc habitaculo dei. Per christum. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nr̃is ⁊ hanc domũ serenis oculis tue pietat illustra ⁊ descẽdat sup

habitantes in ea gratie tue larga benedictio. vt in hijs manufactis habitaculis cum salubritate manētes ipsi tuum sint semper habitaculum. Per. Postea spōsus et sponsa ingrediant lectū vel desuper sedeant insimul et tunc super eos sacerdos dicat orationem sequentem.
añ. Respice domine in seruos tuos et in opera tua et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri sup nos et opera manuum nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige. Gloria patri. Sicut erat. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus me⁹ sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. Oratio.

Deus abraam deus ysaac et deus iacob bene ✠ dicat adolescentes istos et seminet semen vite eterne in mentibus et corporibus eorum. vt quicquid pro vtilitate sua didiscerint facere cupiant p iesum xp̄m recuperatorem omnium fidelium. Qui cum patre et spiritu sancto viuit. Hic mittat incensum in thurribulo dicendo. ℣. Dirigat domine oratio mea. Sicut incensum in ꝯspectu tuo eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abūdantia in turribus tuis. Benedictio thalami.

Deus cuius benedictione plena sunt omnia que in tui nominis inuocatione benedictionem percipiunt. bene ✠ dic huic thalamo solius honestatis nuptui preparato vt in nullo illum malorū incursus spirituum attingat. honesta illum et munda. coniugalis caritas sola possideat atqꝫ miseratio tua celebritati huic sufficienter assistat. Per. Alia benedictio.

BEne ✠ dictio quā dn̄s sup̄ ysaac effudit veniat in vos. Bene ✠ dictio quā ysaac super iacob dedit amplissima veniat super vos. Bene ✠ dictio quā iacob in suis filijs direxit. dilatetur deo dante in vos. Bene ✠ dictio quā pertulit moyses super filios israel christo fauēte comitetur in cordibus vestris. Bene ✠ dictio quam redemptor omnium domin⁹ noster iesus christus donauit suis discipulis habundanter ꝑueniat in animabus et corporibus vestris. Per eundem. Et benedictio dei patris omnipotentis ✠ et filij ⁊ spiritus sancti descendat et maneat super adolescentes istos. Amen. Sequitur benedictio viparum. Benedic domine creaturam istam panis et vini sicut benedixisti quinqꝫ panes in deserto ac etiam ydrias in chana galilee vt omnes ex eo gustantes tam anime ꝙ corporis recipiant sanitatem.

DOmine iesu christe qui ex quinqꝫ panibus et duobus piscibus quinqꝫ milia hominum saciasti ⁊ in chana galilee ex aqua vinum fecisti. qui es vitis vera multiplica sup̄ seruos tuos misericordiā pietatis tue queadmoduꝫ fecisti cum patribus nostris misericordiam sperantibus. Bene ✠ dicere et sanctificare digneris hanc creaturam vini quam ad substantiam seruorum tuorum tribuisti. vt vbicunqꝫ hec creatura vini fusum vel a quolibet potatum fuerit diuine bene ✠ dictionis sanctificare digneris in visceribus eorum. Saluator mundi. Qui in trinitate perfecta viuis et regnas in secula seculorum. Amen. Benedicite dominus. ¶ De quinqꝫ panibus et de duobus piscibus satiauit dn̄s quinqꝫ milia hominum. In nōīe patris ⁊c.

¶ Incipit ordo ad visitādū infirmū ꝛ cōicādū si necesse fuerit. In primis sacerdos preparet se abluēdo manus suas et vestiendo suppelliciū cū stola. Et etiā clericus indutus superpellicio incedat primus deferens lumē cū cāpana pulsante ꝛ eundo dicāt septē psalmos penitētiales sub aña. Ne reminiscaris. Et si via longa fuerit addant .xv. ps. qui dicunt ad cāticū gradū. Cū aūt puenerit ad domū vbi iacet infirm⁹ sacerdos intrās dicat. ¶ Pax huic domui. Et omnib⁹ hītantibus in ea.
¶ Deinde accedat ad egrotū ꝛ in modū crucis aspgat eū aqua benedicta/ deinde p domū circūcirca dicendo. Asperges me me dñe. Cum versu Miserere mei. Et Gloria patri. Sicut. Deinde dicat añam sequentem
¶ Signū salutis pone dñe in domib⁹ istis ꝛ nō pmittas introire angelū pcutiētē in domib⁹ in q̄b⁹ hītam⁹ de celo pone signū tuum dñe ꝛ ptege nos ꝛ nō erit in nobis plaga nocēs. ℣. Ostende nobis dñe miaꝫ tuā. ℟. Et salutare. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiscum. Orō.
Exaudi nos dñe sancte pater omps eterne deus et mittere dignare sanctū angelū tuū de celis. q̄ custodiat foueat ptegat visitet ꝛ defendat oēs habitātes vel fideliter ꝯuenientes in hoc habitaculo dei. Per xp̄ꝫ dñm. ¶ Deinde dicit sacerdos. ℣. Suscepimus de⁹ miam tuam. ℟. In medio templi tui. Et dicat̄ tribus vicibus. ℣. Scdm nomē tuū de⁹ sic ꝛ laus tua in fines terre. ℟. Justicia plena est dextera tua. ℣. Dñs custodit te ab oī malo. ℟ Custodiat aīaꝫ tuā dñs. ℣. Dñs custodiat introitū tuū ꝛ exitū tuū. ℟. Ex hoc nunc et vsqꝫ in seculuꝫ. Gloria patri. Sicut erat. kyri el. xp̄el. kyri el. Pater noster. Et ne nos. ℟. Sed libera nos a

malo. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. ℟. Sana aīam meam quia peccaui tibi. ℣. Saluū fac seruū tuū dñe ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nr̄arum antiquarū. ℟. Cito anticipent nos misericordie tue qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et libera nos propter nomen tuū. ℣. Memento nr̄i dñe in beneplacito populi tui. ℟. Uisita nos in salutari tuo ℣. Fiat misericordia tua dñe super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. ℣. Angelis suis deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis ℣. Dominus custodit te ab omni malo. ℟. Custodiat animam tuam dominus. ℣. Exurge christe adiuua eum. ℟. Et libera eum propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oro.

Exaudi domine preces nostras et confitentiū tibi parce peccatis. vt quem conscientie reatus accusat. Indulgentia tue miserationis absoluat. Per.

Famulū tuū q̄s dñe tua gratia bene ✠ dicat et inculpabilē eum ad vitā eternā perducat. Per.

Adesto dñe supplicatiōib⁹ nr̄is nec desit ab hoc famulo tuo clementie tue longinqua miseratio. Sana vulnera eiusq̃ꝫ remitte pctā. vt nullis a te iniq̄tatib⁹ sepat⁹. tibi semp valeat adherere. p. Absolutio.

Misert⁹ ⁊ ppici⁹ sit tibi oīps de⁹. ℟. Amē. Dimittat tibi oīa pctā tua. Amē. Preterita p̄ntia ⁊ futura. ℟. amē. Liberet te ab oī malo. ℟. Amē. Cōseruet ⁊ ɔfirmet te ī oī ope bono. ℟. amē. Et pducat te dn̄s noster omp̄s ad vitā eternā. ℟. amē. Benedictio.

Benedi✠cat te deus pater. Sanet✠te deus filius: illuminet te✠ spiritus sanctus. Corpus tuum✠ custodiat. Animã tuã✠ saluet. Cor tuũ✠ irradiet. Sensum tuum✠ dirigat. et ad vitam eternam te perducat. Qui cum patre. Oratio.

Preueniat hunc famulum tuum quesumus domine tua misericordia: et omnes iniquitates ei⁹ sceleri indulgentia deleantur. Per.

Omnipotens sempiterne de⁹ salus eterna credentium exaudi nos. p famulo tuo p quo mĩe tue imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate gratiarũ tibi in ecclesia tua referat actiones. Per.

In quacunqꝫ hora mors te preoccupauerit absolutus sis de patre ⁊ filio ⁊ spiritu sancto et de sancta trinitate: ⁊ de beata dei genitrice maria. et de beato michaele archãgelo preposito paradisi: et de beatissimo precursore domini ⁊ martyre iohãne baptista qui dixit penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Et de beato petro principe apostoloꝝ qui tenet claues regni celorum. Cui deus dedit potestatem ligãdi atqꝫ soluendi et de omnibus sanctis et electis dei. per intercessionem illoꝝ omnipotens deus te absoluere et liberare ab oĩ malo dignet᷑. Qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. Amen. Oratio.

Et benedictio dei patris omnipotentis ✠ et filij et spiritus sancti descendat et maneat super te et custodiat semper. Amen. ¶ Postea moneat eũ sacerdos de confessione ⁊ testamento. Postea flexis genibus accipiat reuerenter dñicum corpus dicens. Amice ecce dñs venit ad te. credis tu qꝫ hic sit ille qui nunciat⁹ fuit

virgini marie p angeluȝ. Credo. Credis q iste dñs sit qui natus est in die natalis: ⁊ circũcisus in octaua. Et q passionẽ in die parasceue passus est ⁊ resurrexit in die pasche. Et descendit infernum expoliare. Et ascendit in die iouis ascensionis. Et misit spm̃ sctm̃ ad aplos in die pẽtecostes. Et veniet iudicare viuos ⁊ mortuos in die iudicij. Credo. Tu parcis oĩbus hominibus. ⁊ exigis illũ per dñm et saluatorem. Sic. Aperi os tuum. Et ponat ipm in ore suo reuerenter dicẽs. ¶ Corpus dñi nr̃i iesu xp̃i custodiat aĩam tuã ⁊ pducat te ad vitã eternã. Amen. ¶ Postea det sibi de vino moderate et caueat sibi q bene ⁊ abiliter accipiat ⁊ ne aliquid de fragmẽtis remaneat in ore. añ. Hoc est corpus meuȝ qd pro vobis tradetur. hic calix meus noui testamenti est in meo sanguine. dixit iesus discipulis suis. Hoc facite quoscienscunq sumitis in meam commemorationem. ℣. Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem in me manet et ego in eum. ℟. Dixit iesus panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita Postea debet sacerdos sibi querere si est bene quo respondente. Deus misereatur tui. Postea sequit̃ ps. De⁹ misereat̃ nr̃i. Totũ cum gloria patri. Oratio.

Domine iesu christe filij dei viui qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto per mortem tuam mundum viuificasti. libera hunc famuluȝ tuum per hoc sacrum corpus tuum a cunctis iniquitatibus suis⁊ vniuersis malis. ⁊ fac eum tuis semper obedire mandatis ⁊ a te nunq imperpetuum separari pmittas. Qui cum eodem patre et spiritu sancto viuis ⁊ regnas p oĩa secula seculorum. Amen. Benedictio.

Benedictio dei patris oīpotentis ✠ et filij et spiritus
sctī descendat ⁊ maneat super te ⁊ custodiat te semper.
Amen ¶ Postea legatur euangelium scdm iohannē.

IN pricipio erat verbū: et verbum erat apud deū
et deus erat verbū. Hoc erat in principio apud
deum. Omnia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factum
est nihil. Quod factum est in ipso vita erat: ⁊ vita erat
lux hominum. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam
non comprehenderunt. Fuit homo missus adeo. cui no
men erat iohannes. Hic venit in testimonium. vt testi
monium perhiberet de lumine. vt omnes crederent ꝑ
illum. Nō erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet
de lumine. Erat lux vera que illuminat omnē homi-
nem venientem in hunc mundum. In mundo erat et
mundus per ipsum factus est: et mundus eum non co
gnouit. In propria venit et sui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum dedit eis potesta-
tem filios dei fieri. Hijs qui credunt in nomine eius.
Qui non ex sanguinibus neqꝫ ex voluntate carnis ne
qꝫ ex voluntate viri. sed ex deo nati sunt. Et verbum
caro factum est. Et habitauit in nobis. Et vidimus
gloriam eius. gloriam quasi vnigeniti a patre plenum
gratie et veritatis. ¶ Secundum marcum.

IN illo tempore. Recumbētibꝰ duodecim discipu
lis apparuit illis dominꝰ iesus: et exprobrauit in-
credulitatē illoꝝ ⁊ duriciā cordis. quia hijs qui viderāt
eum resurrexisse a mortuis non crediderant. Et dixit
eis. Euntes in mundū vniuersum. predicate euange-
liū oī creature. Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit. sal-
uus erit. Qui vero nō crediderit condennabit̄. Signa

autem eos qui crediderint. hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient. linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent. et bene habebunt. Et dominus quidem iesus postquam locutus est eis assumptus est in celum. et sedet a dextris dei. Illi autem profecti. predicauerunt vbique domino cooperante. et sermonem confirmante sequentibus signis. Secundum mattheum.

IN illo tempore circuibat iesus totam galileam in sinagogis eorum. Et predicans euangelium regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio in totam syriam et obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus et tormentis compressos Et qui demonia habebant et lunaticos et paraliticos et curauit eos. Et sequute sunt eum turbe multe. Secundum lucam.

IN illo tempore surgens iesus de synagoga introiuit in domum symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri. et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset omnes qui habebant infirmos varijs langoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat omnes. Exibant autem demonia a multis clamancia et dicentia. quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum et turbe sequebantur eum. Et veniebant vsque ad ipsum. Et detinebant illum. ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelisare regnum dei. quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee. ¶ Hijs

itaqꝫ pactis ad eccl'iaz dicẽdo aliquas orõnes siue psal-
mos. ¶ In extrema vnctiõe in primis pparet se sacer-
dos vt supra notatũ est in cõione. deinde cleric⁹ accipiat
oleũ ĩfirmoꝝ ⁊ aquã bñdictã. Et icipiat dicere. vij. ps
penitẽtiales vt s̃ notatũ est. Cũ aũt puenerit ad domũ
infirmi dicat sacerdos. ℣. Pax huic domui. ℟. Et oĩb⁹
hitãtib⁹ in ea. ℣. Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. ℟. Qui
fecit. ℣. Sit nomẽ. ℣. Dñe ex. ℣. Dñs vobiscũ. orõ.

INtroeat dñe iesu xp̃e domũ istã sub nr̃e hũilita
tis ingressu eterna felicitas: diuina psꝑitas: sere
na leticia: caritas fructuosa: sanitas sẽpiterna: effugiat
ex hoc loco accessus demonũ. adsint angeli pacis. Do-
mũqꝫ hanc effugata deserat discordia. Magnifica dñe
sup nos nomẽ sctm̃ tuũ. ⁊ bñdic nr̃e ꝯuersatiõi. sctifica
nr̃e hũilitatis ingressum. q̃ sctũs et pius es. Et pma-
nes cũ p̃re et spũ sctõ in secula seculoꝝ. Amẽ. Oratio.

ORemus ⁊ deprecemur dñm nr̃m iesum xp̃m vt
bñdicendo bene ✠ dicat hoc tabernaculũ. ⁊ oẽs
hitãtes in eo vt det eis angelũ bonũ custodẽ faciat eos
sibi seruire ad ꝯsiderãdũ mirabilia de lege sua. auertat
ab eo oẽs cõtrarias potestates eripiat eos ab oĩ formi-
dine et ab omni pturbatiõe. ac sanos in hoc tabernacu-
lo custodire dignetur. Qui cũ patre ⁊ spũ sancto viuit
et regnat in secula seculorum. Amen. ¶ Oratio.

Exaudi nos dñe sancte pater omp̃s eterne deus et
mittere dignare sanctũ angelũ tuũ de celis q̃ cu-
stodiat foueat ptegat visitet et defendat oẽs hitantes
vel fideliter conuenientes in hoc habitaculo dei. Per.
¶ Postea aspergatur egrotũ aqua benedicta in mo-
dum crucis cum añ. Asperges me. Deinde infirmus

faciat confessionem suam qua facta sacerdos absolvat eum. facta absolutione dicantur septem psalmi penitentiales cum aña. Ne reminiscaris domine.



Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̄ infirm⁹ sum: sana me dñe qm̄ conturbata sunt oīa ossa mea. Et aīa mea turbata est valde: sed tu dñe. usquequo. Couertere dñe ꝛ eripe aīaȝ meā: saluū me fac propter miam tuā Qm̄ nō est in morte q̄ memor sit tui: in inferno aūt q̄s ↄfitebit̄ tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo p singulas noctes lectum meū: lacrimis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus me⁹: inueteraui inter oēs inimicos meos. Discedite a me oēs q̄ opamini iniquitatē: qm̄ exaudiuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et cōturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.

Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: ꝛ quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Qm̄ tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Qm̄ die ac nocte grauata est sup me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitū tibi feci: ꝛ iniusticiā meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meā dño. et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs sanctus: in tēpore oportuno. Uerumtamen in diluuio aquarum multarū ad euȝ

non aproximabunt. Tu es refugiū meū a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circūdantibus me. Intellectū tibi dabo et instruam te: in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus. quibus nō est intellectus. In chamo et freno maxillas eoꝝ ꝯstringe qui non aproximant ad te. Multa flagella pctōꝛ: sperantes aūt in dn̄o misericordia circundabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde.

Domine ne in furore tuo arguas me neq̄ in ira tua corripias me. Qm̄ sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie pctōꝝ meoꝝ. Qm̄ iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie incipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ in finem: tota die cōtristatus ingrediebar. Qm̄ lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis. rugiebā a gemitu cordis mei Domine ante te omne desideriū meū ꝛ gemitus meus a te non est absconditus. Cor meū conturbatū est in me dereliquit me virtus mea. ꝛ lumen oculoꝝ meorum ꝛ ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersum me apropinquauerunt et steteruut. Et qui iuxta me erāt de longe steterunt et vim faciebant qui querebant aīam meā. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates et dolos tota die meditabant̄. Ego aūt tanq̄ surdus nō audiebam: et sicut mutus

nō aperiens os suum. Et factus sum sicut homo nō audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te dn̄e speraui: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequādo supergaudeāt mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatē meā annunciabo et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.

Miserere mei deus scd̄m magnam misericordiā tuam. Et scd̄m multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me domine ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexisti incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me dn̄e ysopo et mundabor: lauabis me et super niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū et leticiā: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciē tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: et spiritū rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiri-

tum sanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiã salutaris tui: et spū principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te cõuertent. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iusticiã tuã. Dñe labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuã. Qm̄ si voluisses sacrificiū dedissem: vtiqꝫ holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spūs contribulatus coꝛ cõtritū et humiliatū de⁹ nō despicies. Benigne fac dñe in bona volūtate tua syon: vt edificent muri ihꝛlm. Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes ꝛ holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos.

Dñe exaudi orōnē meã: et clamoꝛ me⁹ ad te veniat. Non auertas faciē tuã a me: in quacunqꝫ die tribuloꝛ: inclina ad me aurē tuã. In quacūqꝫ die inuocauero te velociter exaudi me. Qꝛ defecerūt sicut fumus dies mei: ꝛ ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus sum vt fenū ꝛ aruit coꝛ meū: qꝛ oblit⁹ suꝫ comedere panē meū. A voce gemitus mei adhesit os meū carni mee. Similis fact⁹ sum pellicano solitudinis: fact⁹ sum sicut niticoꝛax in domicilio. Vigilaui ꝛ fact⁹ sum sicut passer solitari⁹ in tecto. Tota die expꝛobꝛabãt mihi inimici mei: ꝛ q̄ laudabãt me aduersum me iurabãt. Qꝛ cinerē tanq̄ panē mãducabã: ꝛ poculū meū cū fletu miscebã. A facie ire indignatiōis tue: qꝛ eleuãs allisisti me. Dies mei sicut vmbꝛa declinauerunt: ꝛ ego sicut fenū arui. Tu aūt dñe in eternū pmanes: ꝛ memoꝛiale tuū in generatione et generationē. Tu exurgēs dñe misereberis syon: qꝛ tempus miserendi eius qꝛ venit tempus. Qm̄ placuerūt seruis

tuis lapides ei⁹:⁊ terre ei⁹ miserebūt̄. Et timebūt gē tes nomē tuū dn̄e:⁊ oēs reges terre gl̄iam tuam. Q⁊ edificauit dn̄s syon:⁊ videbit̄ in gl̄ia sua. Respexit in orōnē humiliū:⁊ nō spreuit preces eoꝝ. Scribant̄ hec in generatione altera:et popul⁹ qui creabit̄ laudabit dn̄m. Quia prospexit de excelso sc̄tō suo:dn̄s de celo in terrā aspexit. Ut audiret gemitus compeditoꝝ: vt solueret filios interemptoꝝ. Ut annūcient in syō nomen dn̄i ⁊ laudē eius in hierusalem. In conueniendo populos in vnū et reges vt seruiant dn̄o. Respondit ei in via virtutis sue:paucitatē dierum meoꝝ nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum in generatione:et generationem anni tui. Inicio tu domine terram fundasti:et opera manuum tuarū sunt celi. Ipsi peribunt tu aūt p̄manes:et oēs sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos:et mutabuntur:tu autem idem ipse es ⁊ anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur.

De profundis clamaui ad te dn̄e:dn̄e exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocē deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dn̄e:dn̄e q̄s sustinebit. Q⁊ apud te propitiatio est et ꝓpter legē tuā sustinui te dn̄e. Sustinuit aīa mea in verbo ei⁹:sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq3 ad noctem:speret israel in domino. Quia apud dn̄m mīa:⁊ copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet israel:ex omnibus iniquitatibus eius.

Domine exaudi orōnem meā auribus percipe obsecrationē meā:in veritate tua exaudi me in

tua iusticia. Et nō intres in iudicium cum seruo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Quia ꝑsecutus est inimicus animā meā: humiliauit in terra vitā meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus me⁹: in me turbatum est cor meum. Memor fui dierū antiquoꝝ meditatus sum in oībus operibus tuis: et in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te anima mea: sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dn̄e: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuā a me: ⁊ similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane mīam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulem quia ad te leuaui animā meam. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te confugi. doce me facere voluntateꝫ tuam quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam: propter nomen tuū dn̄e viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: et in misericordia tua disperdes oēs inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulāt aīam meā: qm̄ ego seru⁹ tu⁹ sum. aū. Ne reminiscaris dn̄e delicta nr̄a vel parētū nr̄oꝝ neqꝫ vindictā sumas de pc̄tis nr̄is.

Kyri el. Xp̄e el. Kyri el. Xp̄e audi nos. Xp̄e exaudi nos. Pater de celis de⁹ miserere ei. Fili redemptor mundi deus miserere ei.

Spūs sctē de⁹ miserere ei.
Sctā trinitas vnus deus miserere ei.
Sctā maria ora ꝓ eo vel ꝓ ea ⁊ sic dr in singlis sctis.
Sctā virgo virginū. ora.
Sancte michael oꝝ.
Sancte gabriel oꝝ.
Sancte raphael oꝝ.
Omnes sancti angeli et

archangeli dei. orate.
Scte iohes baptista. or.
Omnes sancti patriarche et prophete dei. orate.
Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Sancte iohannes or.
Sancte thoma or.
Sancte iacobe or.
Sancte philippe or.
Sancte bartholomee. or.
Sancte mathee or.
Sancte symon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.
Sancte luca or.
Sancte marcialis or.
Omnes sancti apostoli et euangeliste dei orate.
Oes scti discipuli dni. ora.
Oes scti inocetes ora.
Sancte stephane or.
Sancte laurenti or.
Sancte vincenti or.
Sancte fabiane or.
Sancte sebastiane or.
Scti iohes et paule ora.
Sancti cosma et damiane. orate pro nobis.
Sancti geruasi et prothasi. orate pro nobis.
Oes scti martyres ora.
Sancte siluester or.
Sancte gregori or.
Sancte martine or.
Sancte augustine or.
Sancte ambrosi or.
Sancte hieronime or.
Sancte nicolae or.
Sancte amancij or.
Sancte dalmacij or.
Oes scti pontifices et confessores dei. orate p nobis.
Oes scti doctores ora.
Sancte benedicte or.
Sancte francisce or.
Sancte dominice or.
Sancte anthoni or.
Omnes sancti monachi et heremite orate p nobis
Omnes sancti sacerdotes et leuite orate p nobis.
Sancta anna or.
Sancta maria magdalena ora pro nobis
Sancta cecilia or.
ancta agnes or.
Sancta lucia or.

Sancta agatha or.
Sancta margarita or.
Sācta katherina or.
Sācta elizabeth. or.
Omnes sancte virgines et vidue. orate pro eo.
Oēs scti ꝛ scte dei orate.
Propicius esto. Libera eum domine.
Ab oī malo li.
Ab hoste maligno li.
Ab insidijs diaboli li.
Ab horribili morte li.
Ab iumūdis cogitationibus libera eū dñe.
A penis inferni li.
A tētatiōib⁹ demonū. li.
A peccatis suis li.
Ab oībus periculis li.
Per aduētū tuū li.
Per annūciationē tuā li.
Per sctām incarnationem tuā libera eū dñe.
Per natiuitatē tuā li.
Per baptismū tuū li.
Per sctm̄ ieiuniū tuū li.
Per passionē ꝛ sanctam crucem tuam li.
Per gloriosam resurrectionem tuam. li.
Per admirabilem ascensionem tuam li.
Per gratiam scti spirit⁹ paracliti. libera eū dñe.
In secūdo aduētu li.
Peccatores. te rogamus audi nos.
Filij dei te deprecamur audi nos.
Ut ei parcas te ro.
Ut pacem et tranquillitatem ei dones te ro.
Ut salutē ꝛ sanitatē aīe ꝛ corpis ei dones te ro.
Ut remissionē oīꝫ pctōꝝ suoꝝ ei donare digneris t.
Ut spaciū ꝛ fructū penitētie ei donare digneris te.
Ut desideriuꝫ bonum in hora trāsmigrationis sue ei donare digneris te ro.
Ut vitā post mortē ei donare digneris. te ro.
Ut eū inter agmina sanctorum tuorum collocare digneris te ro.
Ut nos exaudire digneris. te rogamus audi nos
Ut angelorum custodia nos munias te ro.

Agnus dei qui tollis pctā mūdi parce ei dñe. Agnus dei qui tollis pctā mūdi. deffende eū dñe. Agnus dei q tollis pctā mundi: dona ei pacē. Xpe audi nos. Xpe exaudi nos. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pr nr. Et ne nos. ℣. Saluū fac seruū tuū dñe. ℟. Deus meus sperā tē in te. ℣. Dñs cōseruet eū et viuificet eū: et beatū faciat eū in terra. ℟. Et non tradet eū in manibus inimicorum eius. ℣. Dñs opē ferat illi sup lectū doloris eius. ℟. Uniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. ℣. Dñs custodit te ab oī malo. ℟. Custodiat aīam tuā dñs. ℣. Angelis suis deus mādauit de te. ℟. Ut custodiāt te in oībus vijs tuis. ℣. Perfice gressus illius in semitis tuis. ℟. Ut nō moueant vestigia sua. ℣. Mitte ei dñe auxiliū de scō. ℟. Et de syon tuere eū. ℣. Nihil pficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniqtatis nō apponat nocere ei. ℣. Esto illi dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Cōuerte dñe vsquequo. ℟. Et deprecabilis esto dñe sup seruū tuū. ℣. Auerte faciē tuā a pctis illius. ℟. Et oēs iniqtates eius dele. ℣. Cor mūdū crea deus in eo. ℟. Et spm rectū innoua in visceribus eius. ℣. Exurge xpe adiuua eū. ℟. Et libera eū propter nomē tuū. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiscū. Orō.

Parce dñe parce famulo tuo quem redemisti xpe sanguine tuo ne in eternum irascaris ei. Qui cū patre et spiritu sancto viuis et regnas &c. Oratio.

Oremus dilectissimi dñm nrm iesum xpm et cum omnium supplicatione rogemus. vt hunc famulum suum. per angelum sanctum suum visitare letificare et confortare dignetur. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat. Oratio.

Domine deus qui per apostolũ tuũ iacobum locutus es infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesie. et orent super eum. vngẽtes eum oleo in nomine dñi: et oratio fidei saluabit infirmum ꝛ alleuiabit eum dñs. ꝛ si in peccatis sit. dimittẽtur ei. te suppliciter exoramus vt hic famulus tuus per misterium nostre vnctionis ꝛ donum pietatis tue peccatorum cõseq̄ veniã ꝛ ad vitã eternã ꝑuenire mereat̃ te prestãte deus noster. Qui cum pr̃e ꝛ spũ sancto. ¶ His itaq̄ pactis sacerdos inuncto pollice in oleo sancto dicat absolute siue oremus orationem sequentem. Oratio.

In noĩe patris et filij ꝛ spũs scti extinguat̃ in te oĩs virtus diaboli ꝑ impositionẽ manuũ nr̃arũ immo ꝑ inuocationẽ oĩm sctõꝝ angeloꝝ archãgeloꝝ patriarchaꝝ ꝓphetaꝝ aplõꝝ martyꝝ ꝯfessoꝝ atq̄ virginũ ac simul oĩm sctõꝝ. Amẽ. ¶ Hic faciat sacerdos signũ cruc̄ cũ pollice intincto in oleo in occulis egri cũ orõne q̄ sequit̃ assistente sibi aliquo ministro q̄ tergat locũ inunctũ cũ stupa reponẽs in aliquo vase mundo ꝛ sic faciat post quamlibet vnctionem. Ad oculos.

Per istam vnctionem et suam pijssimam misericordiam. indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum. ℟. Amen. añ. Dominus iesus. Ps.

Domine q̄d multiplicati sũt q̄ tribulãt me multi insurgũt aduersum me. Multi dicũt aĩe mee nõ est salus in deo eius. Tu autẽ dñe susceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamaui: et exaudiuit me de monte sancto tuo. Ego dormiui et soporatus sum et exsurrexi quia dominus suscepit me. Non timebo milia popu-

li circundantis me: exurge domine saluum me fac de⁹ meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Domini est sal⁹: et sup populũ tuũ bñdictio tua. añ. Dñs iesus locut⁹ est discipulis suis in noīe meo demonia eiicite ⁊ sup egros man⁹ imponite ⁊ bene habebũt. Orõ.

Deus qui famulo tuo ezechie regi terquinos annos ad vitam donasti. ita et hunc famulum tuum a lecto egritudinis tua potentia erigat ad salutem. Per.

Ad aures.

Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per auditum. añ. Mittat tibi dñs. Ps. dauid.

Exaudiat te domin⁹ in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de sancto: et de syon tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi scdm cor tuum: et omne consilium tuum confirmet. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus christum suum. Exaudiet illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eius. Hii in curribus ⁊ hii in equis nos autē in noīe dei nr̄i inuocabim⁹. Ipi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. añ. Mittat tibi dñs auxilium de sancto et de syon tueatur te. Oratio.

Respice domine famulum tuum. N. in īfirmitate sui corporis laborantem. et animam refoue

quam creasti: ut castigationibus emendatis cōtinuo se sentiat tua medicina saluatum. Per. Ad labia.

Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid peccasti per gustum. añ. Viuo ego Psalmus

Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus. cum loquebar illis impugnabant me gratis. aña. Viuo ego dicit dominus nolo mortem peccatoris: sed ut magis conuertatur et viuat. Oratio.

Deus qui facture tue semper dominarꝭ effectu Inclina aurem tuam supplicationibus nostris ut famulum tuum ex aduersa valitudine sui corporis laborantem placatus respice. et visita in salutari tuo ac celestis gratie presta medicinam. Per. Ad nares.

Per istam unctionem et suam piissimam misericordiā. indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per odoratum. añ. Domine puer meus. Ps.

Leuaui oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a domino qui fecit celum ⁊ terram. Non det in cōmotionem pedem tuum: neqꝫ dormitet: qui custodit te. Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum

dexteram tuam. Per diem sol non vret te:neqꝫ luna per noctem. Dñs custodit te ab omni malo custodiat aïaꝫ tuã dñs. Dñs custodiat ĩtroitũ tuũ ⁊ exitũ tuũ ex hoc nũc ⁊ vsqꝫ ĩ sclꝫ. Añ. Dñe puer meꝰ iacet paliticꝰ ⁊ male torqt̃:⁊ait illi iesꝰ ego veniã ⁊ curabo eũ. Oratio.

Deus q̃ humano generi ⁊ salutꝭ remediũ ⁊ vitã eterna cõtulisti. cõserua famulo tuo. N. tuarũ dona virtutum. ⁊ concede. vt medelam tuam non solum in corpore et in anima senciat. Per. Ad manus.

Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per tactum. añ. Domine non sum. Ps. dauid.

Domine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti cessionẽ meã ⁊ resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitas meas et funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima ⁊ antiqua:tu formasti me et posuisti super me manum tuã. Mirabilis facta est scientia tua ex me:confortata est ⁊ non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celum tu illic es: si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo:et habitauero in extremis maris. Et eñ illic manus tua deducet et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre et conculcabunt me:⁊ nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebre nõ obscurabuntur a te et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua et anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meũ viderũt oculi tui et in libro tuo oẽs scribentur: dies formabuntur & nemo in eis. Mihi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderant te domine odoram et super inimicos tuos tabescebã. Perfecto odio oderam illos: et inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meum: interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est. & deduc me. in via eterna. añ. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus.

Oratio.

Virtutum celestium deus qui ab humanis corporibus omnem languorem: et infirmitatem precepti tui potestate depellis. adesto propicius huic famulo tuo. N. vt fugatis infirmitatibus et viribus receptis. nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per.

Ad pedes.

PEr istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dñs quicquid peccasti per incessus pedum. añ. Dixit dominus.

ERipe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitatem in corde

tota die constituebant prelia. Acuerūt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidū sub labijs eoꝝ. Custodi me dn̄e de manu peccatoris: et ab hominibus ini quis eripe me. Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueū mihi. Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scandalum posuerūt mihi. Dixi dn̄o deus meus es tu: exaudi dn̄e vocem deprecationis mee. Dn̄e dn̄e virtus salutis mee: obū brasti super caput meū in die belli. Ne tradas me dn̄e a desiderio meo peccatori: cogitauerunt cōtra me ne de relinquas me ne forte exaltent̄. Caput circuitus eoꝝ labor labiorum ipsoꝝ operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos in miserijs nō subsistēt Vir linguosus non dirigetur in terra virū iniustum mala capient in interitu. Cognoui qꝛ faciet dn̄s iudi cium inopis et vindictam pauperum. Uerumtamen iusti cōfitebunt̄ noī tuo: ꝛ habitabūt recti cū vultu tuo. añ. Dixit dn̄s cēturioni sicut credidisti fiat tibi. Orō.

Domine sctē pater omp̄s eterne deꝰ qui fragili tatē conditionis nr̄e infusa virtutis tue digna tione cōfirmas. vt salutaribꝰ remedijs pietatis tue cor pora nostra et membra vegetent̄ sup hūc famulū tuū N. propiciatꝰ intende. vt oīm necessitate corpore infir mitat exclusa. grā i eo pristine sanitat pfecta reparet̄ Per. ¶ De viro ad lūbos. De muliere ad vmbilicū.

Per istam vnctionem et suam pijssimam miseri cordiam indulgeat tibi dn̄s quicquid peccasti p ardorem libidinis. añ. Ad te domine. Psalmus.

Domine exaudi orōnem meā auribus percipe obsecrationem meā: in veritate tua exaudi me

in tua iusticia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo dñe: quia non iustificabit in conspectu tuo oĩs viuens. Q2 psecutus est inimicus aĩam meã humiliauit in terra vitã meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiat9 est sup me spũs me9: in me turbatũ est cor meũ. Memor fui dierũ antiquorũ meditatus sum in oĩbus operib9 tuis: et in factis manuum tuarũ meditabar. Expandi manus meas ad te aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spũs me9. Non auertas faciẽ tuã a me: ⁊ similis ero descendentib9 in lacũ. Auditam fac mihi mane mĩam tuã q2 in te speraui. Notã fac mihi viã in qua ambulẽ: q2 ad te leuaui aĩam meã. Eripe me de inimicis meis dñe ad te ↄfugi: doce me facere voluntatem tuã quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã: propter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aĩaʒ meã: ⁊ in mĩa tua disperdes oẽs inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant aĩam meam: quoniam ego seruus tuus sum. añ. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus ad te confugi. Oratio.

Dñe sctẽ pr̃ oĩps eterne de9. qui benedictionis tue grãm infundendo corporib9 egris facturã tuã multiplici pietate custodis. ad inuocationẽ noĩs tui benign9 assiste. vt hũc famulũ tuũ egritudine liberatũ et sanitati donatũ dextera tua erigat. virtute confirmet potestate tuearis. ecclĩe tue sanctisq; altarib9 cũ omni prosperitate desiderata restituas. Per dñm. Oratio

Per istas vnctiones ⁊ suã pijssimã mĩaʒ indulgeat tibi dñs iesus xp̃s quicqd peccasti p visuʒ p

auditū p gustū p odoratū p tactū p incessus pedū p ardorē libidinis. Amē. His itaqꝫ pactis sacerdos dicat: oremꝰ ⁊ finiat orōnes sequētes sub vna terminatione.

Dñe deꝰ q̄ p aplm tuū iacobū locutꝰ es Orō. infirmat̄ q̄s in vobis. inducat presbyteros ecclesie vt orent sup eū. vngētes eum oleo sctō in noīe dñi. ⁊ orō fidei saluabit infirmū ⁊ alleuiabit eum dñs. ⁊ si in pctīs sit dimittet̄ ei. Cura q̄s redemptor nr̄ grā spūs sancti lāgores istius infirmi. ⁊ sana sua vulnera ⁊ eius quoqꝫ dimitte peccata atqꝫ dolores cunctos mentis et corporis ab eo expelle. Plenamqꝫ ei sanitatem interius et exterius misericorditer redde vt ope misericordie tue restitutus ad pristina reparetur officia.

Deus misericors deꝰ clemens q̄ scdꝫ multitudinē miserationū tuaꝝ pctā penitētiū deles. ⁊ preteritoꝝ crimīnū culpas venia remissionis euacuas: respice sup hūc famulū tuū ⁊ remissionē oīm pctōꝝ suoꝝ tota cordis ꝯfessione poscētē depcatꝰ exaudi renoua in eo pijssime q̄cq̄d terrena fragilitate corruptū. q̄cq̄d diabolica fraude violatum est et in vnitate corporis ecclie tue membrū perfecta remissione ꝯstitue. miserere dñe gemituū miserere lachrimarū. ⁊ nō habētē fiduciā nisi in tua mīa ad sacramētū tue recōsiliatiōis admitte. p.

Dominus iesus xp̄s apud te sit vt te deffendat. ℟. Amē. Circa te sit. vt te cōseruet. ℟. Amē. Ante te sit vt te deducat. ℟. Amen. Post te sit vt te custodiat. ℟. Amen. Super te sit vt te benedicat. Qui cum patre et.

Item alia oratio.

Bene ✠ dicat te deꝰ pr̄. ℟. Amē. Sa ✠ net te filiꝰ. ℟. Amē. Illūi ✠ net te spūs sctūs. ℟. Amē

Corp9 ✠ tuū custodiat. ℟. Amē. ✠ et in suo sancto seruitio custodiri ⁊ cōseruari faciat. ℟. Amen. Aiam tuā ✠ saluet. ℟. Amē. Cor tuū ✠ mentēqꝫ tuā illu minet. ℟. Amē. Sensum tu ✠ um dirigat. ℟. Amē Dextera su ✠ a semp te deffendat. ℟. Amē. Gratiā suam ✠ ad profectum aīe tue in te augeat. ℟. Amen Qui sanctos suos adiuuat ipse te adiu ✠ uare et consolare digne͞t. Qui cum patre ⁊ spiritu. ⁊c. Oratio.

Bene ✠ dicat te de9 pater. ℟. Amen. Custo ✠ diat te iesus xp̄us. ℟. Amen. Illumi ✠ net te spūs sctūs. ℟. Amen. Oībus dieb9 vite tue. ℟. Amē Con ✠ firmet te virtus xp̄i. ℟. Amen. Indulgeat tibi dn̄s oīa peccata tua. Qui cū patre. Alia oratio.

Bene ✠ dicat te deus pater qui in principio cūcta creauit. ℟. Amen. Bene ✠ dicat te ipsum principiū qui de superi9 sedibus ad nos redimēdos venit. ℟. Amen. Bene ✠ dicat te spūs sctūs qui in specie columbe in iordane flumine super christum requieuit. ℟. Amē. Ipse te in trinitate scti ✠ ficet et bene ✠ dicat quem venturum expectamus ad iudicium dominus noster iesus christus. Qui viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus. ¶ Benedictio cineruꝫ in locis quibus vtitur que cema vulgariter appellatur.

Deus indulgentie pietatis et misericordie qui niniuitis cinere ⁊ cilicio indutis misericordiam clamantibus subuenisti. exaudi nos propici9. et hanc creaturam cineris quo peccatores indulgētiam tue sancte misericordie imploramus. Bene ✠ dicere dignare. et sanctificationis tue gratiā super eam infunde vt quicquid pulueris huius cōclusione aspersus fuerit indul-

gentiam ⁊ remissionem pctōꝝ oīm a te pie omnipotēs deus mereatur accipere. Per. ¶ Consecrato cinire sacerdos imponat in vertice infirmi dicendo. Memento homo quia cinis es et in cinerē reuerteris. Ideo age penitentiā de peccatis tuis. In noīe ✠ patris et filij ✠ ⁊ spiritus ✠ sancti amen. ¶ Quibus istis peractis sciendum est ꝙ stupa que fuit congregata in vase vt dictū est superius debet cū vase in ignē proijci ⁊ totū cremari. Item sacerdos debet postea eodē ordine cū suis clericis recedere quo peruenit ad infirmū. Excepto ꝙ crux remaneat coram infirmo. Quando infirmus laborat in extremis dicuntur septem psalmi penitentiales cū letania ⁊ orationibus debitis. ¶ Si vero longā morā fecerit addant᷑. xv. p̄s. s. canticum gradum. Ps̄.

AD dn̄m cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Domine libera aīam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponat᷑ tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute cū carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Psalmus.

LEuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxiliū mihi. Auxiliū meū a dn̄o: qui fecit celum et terram. Non det in cōmotionē pedē tuū neq̄ dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq̄ dormiet qui custodit israel. Dn̄s custodit te dn̄s ꝓtectio tua. super manū dexteram tuā. Per diē sol non vret te: neq̄ luna ꝑ noctē. Dn̄s custodit te ab omni malo

custodiat aīam tuā dn̄s. Dn̄s custodiat introitū tuū et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq3 in seculum Ps.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Stantes erāt pedes nostri: in atriis tuis hierusalem. Iherusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illic enim ascenderunt trib9 trib9 domini testimonium israel: ad confitendum nomini dn̄i. Quia illic sederūt sedes in iudicio: sedes super domum dauid. Rogate q̄ ad pacem sunt hierusalem: & abundātia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: et habundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quesiui bona tibi. Psalmus.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manib9 dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominū deum nostrū donec misereat̄ nostri. Miserere nostri domine miserere nostri quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nr̄a: opprobrium habundantibus et despectio superbis. Psalmus dauid.

Nisi q2 dn̄s erat in nobis dicat nunc israel: nisi q2 dn̄s erat in nobis. Cū exurgerēt hoies in nos: forte viuos deglutissent nos. Cū irasceret̄ furor eo2 i nos forsitā aqua absorbuisset nos. Torrentē ptrāsiuit aīa nostra forsitan ptransisset aīa nostra: aquam intollerabilem. Benedictus dn̄s: q̄ non dedit nos in captionem dentibus eo2. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium. Laqueus contritus est et

nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Psalmus.

Qui cōfidūt in dño sicut mons syon. nō cōmouebit in eternū q̄ habitat in hierusalē. Montes in circuitu ei⁹: et dñs in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsq₃ in seculū. Quia non relinquet dñs virgā pctoꝝ sup sortē iustoꝝ: vt non extendant iusti ad iniquitatē manus suas. Benefac dñe: bonis ꝛ rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cū operantibus iniquitatem: pax super israel. Psalmus.

In cōuertendo dñs captiuitatē syon: facte sum⁹ sicut ꝯsolati. Nūc repletū est gaudio os nr̄m: et lingua nr̄a in exultatione. Nūc dicēt inter gētes: magnificauit dñs facere cū eis. Magnificauit dñs facere nobiscum: facti sumus letātes. Cōuertere dñe captiuitatem nostrā: sicut torrens in austro. Qui seminānt in lacrimis: in exultatione metent. Euntes ibāt ꝛ flebant. mittentes semina sua. Uenientes aūt venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Ps.

Nisi dñs edificauerit domū: ī vanū laborauerūt q̄ edificant eam. Nisi dñs custodierit ciuitatē. frustra vigilat qui custodit eam. Uanū est vobis ante lucē surgere: surgite postq̄ sederitis: qui manducatis panē doloris. Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas dñi: filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potētis: ita filij excussorum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non cōfundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Psalmus

Beati omnes qui timent dñm qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarū quia man-

ducabis:beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vi
tis habundans:in lateribus domus tue. Filij tui si=
cut novelle olivarum:in circuitu mense tue. Ecce sic
benedicetur hõ:qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex
syon:et videas bona hierusalẽ oĩbus diebus vite tue.
Et videas filios filioꝝ tuoꝝ:pacẽ super israel. Ps̃.
Sepe expugnaverũt me a iuventute mea: dicat
nunc israel. Sepe expugnaverunt me a iuven
tute mea: eteñ non potuerunt mihi. Supra dorsum
meum fabricaverunt peccatores:prolongaverunt ini
quitatem suã. Dñs iustus concidet cervices pctõꝝ
confundant̃ ꝛ cõvertant̃ oẽs que oderunt syon. Fiãt
sicut fenũ tectoꝝ:qd̃ priusq̃ evellat̃ exaruit. De quo
nõ implevit manũ suã qui metet:ꝛ sinũ suũ qui mani
pulos colliget. Et nõ dixerũt qui preteribant benedi
ctio dñi sup vos:benediximus vobis in noĩe dñi. Ps̃.
De profundis clamavi ad te dñe:dñe exaudi vo
cem meam. Fiant aures tue intendentes in
vocem deprecationis mee. Si iniquitates observa=
veris dñe:dñe quis sustinebit. Quia apud te propi=
ciatio est:et propter legem tuã sustinui te dñe. Susti
nuit anima mea in verbo eius:speravit anima mea in
dño. A custodia matutina usq; ad noctẽ:speret israel
in dño. Quia apud dñm mĩa:ꝛ copiosa apud eum re
dẽptio. Et ipe redimet israel:ex oĩb⁹ iniquitatib⁹ ei⁹.
Domine nõ est exaltatũ cor meũ neq; elati sũt
oculi mei. Neq; ambulavi in magnis:neq; in
mirabilibus super me. Si nõ humiliter sentiebã: sed
exaltavi animã meam. Sicut ablactatus super ma=
trem suã:ita retributio in anima mea. Speret israel

in domino:ex hoc nunc et vsq3 in seculum. Psalmus.

M Ementō domine dauid:et omnis mansuetudinis ei9. S icut iurauit domino:votu3 vouit deo iacob. S i introiero in tabernaculū dom9 mee:si ascendero in lectum strati mei. S i dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationē. E t requiē tem porib9 meis:donec inueniā locū dn̄o:tabernaculu3 deo iacob. E cce audiuimus eū in effrata:inuenimus eu3 in campis silue. I ntroibimus in tabernaculu3 eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. S urge dn̄e in requiem tuam:tu et archa sanctificationis tue. S acerdotes tui induant̄ iusticiā:et sancti tui exultēt. P ropter dauid seruū tuu3:non auertas faciē xp̄i tui. I urauit dn̄s dauid veritatē et non frustrabit̄ eum:de fructu ventris tui ponā sup sedem tuam. S i custodierint filij tui testamentū meū:et testimonia mea hec q̄ docebo eos. E t filij eoꝝ vsq3 in seculum:sedebunt sup sedem tuā. Q m̄ elegit dn̄s syon:elegit eam in habitationē sibi. H ec requies mea in seculū seculi:hic habitabo qm̄ elegi eam. U iduam eius benedicens benedicā pauperes eius saturabo panib9. S acerdotes eius induam salutari:et sancti eius exultatione exultabunt. I lluc producam cornu dauid: paraui lucernam xp̄o meo. I nimicos eius induam cōfusione:super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Psalmus.

E Cce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū:habitare fratres in vnū. S icut vnguentū in capite: qd̄ descēdit in barbā barbā aaron. Q uod descēdit in orā vestimēti ei9:sicut ros hermon:q̄ descendit in montē syon. Q m̄ illic mandauit dn̄s:benedictionem:et vitam vsq3 in seculum.

Ecce nūc benedicite dn̄m oēs serui dn̄i. Qui sta tis in domo dn̄i: in atriis domus dei nr̄i. In noctibus extollite manus vr̄as in sctā: ꝛ benedicite dn̄m. Benedicat te dn̄s ex syon: qui fecit celum et terram.

¶ Passio domini nostri iesu xp̄i secundum iohannē.

In illo tempore. Egressus est iesus cū discipulis suis trās torentē cedron vbi erat ortꝰ. In quē introiuit ipe ꝛ discipuli eiꝰ. Sciebat et iudas q̄ tradebat eū locū: qꝛ frequēter iesus ꝯuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohortē et a pontificibꝰ ꝛ phariseis minimistros venit illuc cū laternis facibus ꝛ armis. Jesus itaqꝫ sciens oīa q̄ vētura erant sup eū ꝓcessit ꝛ dixit. Quē queritis: Respōderūt ei. Jesum nazarenū. Dixit eis iesus. Ego sum. Stabat autē ꝛ iudas q̄ tradebat eū cū ipis. Vt ergo dixit eis ego sum. abierunt retrorsum ꝛ ceciderunt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos. Quē q̄ritis: Jlli autē dixerunt. Jesuꝫ nazarenū. Rn̄dit iesus. Dixi vobis qꝛ ego suꝫ. Si ergo me q̄ritis: sinite hos abire. Vt impleret̄ sermo quē dixit. Quia quos dedisti mihi nō ꝑdidi ex ipis quēquā Symō ergo petrus habens gladiū eduxit eū: ꝛ ꝑcussit pōtificis seruum: et abscidit auriculā eiꝰ dextrā. Erat autem nomē seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiū tuū in vaginā. Calicē quē dedit mihi pater: nō vis vt bibā illum: Cohors ergo ꝛ tribunꝰ ꝛ ministri iudeoꝝ cōp̄rehēderūt iesum: ꝛ ligauerūt eū: ꝛ adduxerūt illū ad annā p̄imū. Erat eīm socer cayphe: q̄ erat pontifex anni illiꝰ. Erat aūt cayphas q̄ ꝯsiliū dederat iudeis: qꝛ expedit vnū hoīem mori ꝓ populo. Seq̄bat̄ aūt iesum symō petrus: ꝛ aliꝰ discipulus. Discipulus

aũt ille erat not⁹ pontifici. ⁊ introiuit cũ iesu in atriũ pō
tificis. Petrus autē stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo
discipul⁹ ali⁹ q̇ erat not⁹ pontifici: ⁊ dixit hostiarie. Et
introduxit petruꝫ. Dixit ergo petro ancilla hostiaria.
Nunquid ⁊ tu ex discipulis es hominis istius? Dixit
ille non sum. Stabant autem serui et ministri ad pru
nas quia frigus erat et calefaciebant se. Erat autē pe
trus cum eis. stans et calefaciens se. Pontifex ergo in-
terrogauit iesum de discipulis suis. ⁊ de doctrina eius.
Respondit ei iesus. Ego palam locutus sum mundo
ego semꝑ docui in sinagoga ⁊ in templo quo oēs iudei
ꝯueniũt. ⁊ in occulto locutus suꝫ nihil. Quid me inter
rogas? Interroga eos q̇ audierũt. q̄d locut⁹ sum ipis.
Ecce hij sciũt. q̄ dixerim ego. Hec aũt cũ dixisset. vn⁹
assistētiũ ministroꝝ dedit alapā iesu dicēs. Sic respon
dēs pōtifici? Respōdit ei iesus. Si male locut⁹ sum. te
stimonium ꝑhibe de malo. Si aũt bene: q̄d me cedis?
Et misit eũ annas ligatũ. ad cayphā pontificē. Erat
autem symon petrus stans ⁊ calefaciens se. Dixerũt
ergo ei. Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius es? Negauit
ille et dixit. Non sum. Dixit vn⁹ ex seruis pōtificis co
gnatus ei⁹ cui⁹ abscidit petrus auriculā. Nōne ego te
vidi in orto cũ illo? Iteꝝ ergo negauit petrus. Et sta-
tim gallus cātauit. Adducũt ergo iesum ad cayphā in
pretoriũ. Erat aũt mane. et ipsi nō introierũt in preto
rium vt nō cōtaminarentur: sed manducarēt pascha.
Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras. ⁊ dixit. Quā accusa-
tionē affertis aduersus hoīeꝫ hũc? Respōderũt ⁊ dixe-
runt ei. Si non esset hic malefactor. non tibi tradidisse
mus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos.

⁊ scđm legē vr̄am iudicate eū. Dixerunt ergo ei iudei Nobis nō licet interficere quēq̄. Vt sermo iesu imple ret. quē dixit significās qua morte esset moritur⁹. In troiuit ergo in pretoriū pilat⁹ iterꝝ. ⁊ vocauit iesuꝫ ⁊ di xit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Et respondit iesus. A temet ipo hoc dicis. an alij tibi dixerūt de me. Respōdit pilat⁹ Nūquid ergo iude⁹ sum? Gēs tua. ⁊ pōtifices tui tra diderūt te mihi. Quid fecisti? Respōdit iesus. Regnū meū nō est de hoc mūdo si ex mūdo esset regnū meum mīstri me vtiqꝫ decertarēt vt nō traderer iudeis. Nūc aūt regnū meū nō est hīc. Dixit itaqꝫ ei pilat⁹. Ergo rex es tu? Rn̄dit iesus. Tu dicis qꝛ rex sum ego. Ego in hoc nat⁹ sum. ⁊ ad hoc veni in mūdū. vt testimoniū ꝑhibeā veritati. Ois q̄ est ex veritate. audit meā vocē Dicit ei pilat⁹. Quid est veritas? Et cuꝫ hoc dixisset iterū exiuit ad iudeos ⁊ dixit eis. Ego nullā inuenio in eo causam. Est aūt ꝯsuetudo vobis. vt vnū dimittaꝫ vobis in pascha. Vultis ergo dimittā vobis regem iu deoꝝ? Clamauerūt rursum oēs dicētes. Non hūc. sed barrabā. Erat aūt barrabas latro. Tunc ergo appre hēdit pilat⁹ iesū. ⁊ flagellauit eū. Et milites plectētes coronā de spinis. imposuerūt capiti ei⁹. ⁊ veste purpu rea circūdederūt eū. ⁊ veniebant ad eū ⁊ dicebant. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alapas. Exiuit ergo iterꝝ pila tus foras. ⁊ dixit eis. Ecce adduco vobis euꝫ foras. vt cognoscat[is] qꝛ in eo nullā causaꝫ inuenio. Exiuit ergo iesus portans coronā spineā. ⁊ purpureū vestimentū. Et dixit eis. Ecce hō. Cū ergo vidissent eū pōtifices ⁊ mīstri. clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eū. Di cit eis pilat⁹. Accipite eū vos. ⁊ crucifigite. Ego eīm nō

inuenio in eo causam. Respōderūt ei iudei. ⁊ dixerunt. Nos legē habem⁹. ⁊ scdm legē debet mori. qr filiuz dei se fecit. Cū ergo audisset pilat⁹ hūc sermonē: magis timuit. Et ingressus est ptoriū iterū ⁊ dixit ad iesuz. Vn̄ es tu? Jesus aūt responsum nō dedit ei. Dixit ergo ei pilat⁹. Mihi nō loq̄ris. Nescis qr potestatē habeo crucifigere te. ⁊ potestatē habeo dimittere te? Rn̄dit iesus Nō haberes potestatē aduersuz me vllā. nisi tibi datū eēt desup. Propterea q̄ me tradidit tibi. mai⁹ peccatuz habet. Et exinde q̄rebat pilat⁹ dimittere eū. Judei aūt clamabāt dicētes. Si hūc dimittis. nō es amic⁹ cesar(. Ois em̄ q̄ se regē facit. ɔtradicit cesari. Pilat⁹ ergo cū audisset hos sermones adduxit foras iesuz ⁊ sedit p tribunali. in loco q̄ dr̄ licostratos. hebraice autē gabatha. Erat aūt pasceue pasche hora q̄si sexta. Et dixit iudeis. Ecce rex vester. Jlli aūt clamabāt. Tolle tolle crucifige eū. Dixit eis pilat⁹. Regē vr̄z crucifigā? Rn̄derunt pōtifices. Nō habem⁹ regē nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū. vt crucifigeret̄. Susceperūt aūt iesuz ⁊ eduxerūt. Et baiulās sibi crucē. exiuit in eū q̄ dr̄ caluarie locū hebrayce golgotha vbi eū crucifixerūt ⁊ cū eo alios duos. hīc ⁊ īde mediū aūt iesuz. Scripsit aūt ⁊ titulū pilat⁹. ⁊ posuit sup crucē. Erat aūt scriptū iesus nazaren⁹ rex iudeorū. Hūc ergo titulū multi legerūt iudeoꝝ: qr ppe ciuitatē erat loc⁹. vbi crucifix⁹ est iesus Erat aūt scriptū: hebraice grece ⁊ latine. Dicebāt ergo pilato: pōtifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed qr ip̄e dixit rex sū iudeoꝝ. Rn̄dit pilat⁹. Qd̄ scripsi scripsi. Milites ergo cū crucifixissent eū. acceperūt vestimēta ei⁹. ⁊ fecerūt quattuor partes. vnicuiqꝫ militi

parte͂: ⁊ tunica͂. Erat aute͂ tunica inco͂sutilis. desup co͂
texta p totu͂. Dixerunt ergo ad inuice͂. No͂ scindam⁹
ea͂: sed sorciamur de illa cui⁹ sit. Vt scriptura impleret
tur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi et sup ve
stem mea͂ miseru͂t sorte͂. Et milites quide͂ hec feceru͂t.
Staba͂t au͂t iuxta cruce͂ iesu mater ei⁹. ⁊ soror matris
ei⁹ maria cleophe. ⁊ maria magdalene. Cu͂ vidisset er-
go iesus matre͂. ⁊ discipuluꝫ stante͂ que͂ diligebat dixit
matri sue. Mulier. ecce fili⁹ tuus. Deinde dixit disci-
pulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit ea͂ disci-
pulus in sua͂. Postea sciens iesus qꝛ ia͂ oi͂a ꝯsummata
su͂t. vt ꝯsummaret͂ scriptura dixit. Scitio. Vas ergo
positu͂ erat aceto plenu͂. Illi au͂t spongia͂ aceto plenaꝫ
ysopo circu͂pone͂tes obtuleru͂t ori ei⁹. Cu͂ ergo accepis
set iesus acetu͂. dixit. Consu͂matu͂ est. Et inclinato ca
pite tradidit spi͂m. Iudei ergo qm͂ parasceue erat vt no͂
remaneret͂ in cruce corpora sabbato. erat eni͂ magnus
dies ille sabbati. rogaueru͂t pilatu͂ vt fra͂gerent͂ eoruꝫ
crura. et tollerent͂. Veneru͂t ergo milites. ⁊ primi qui
de͂ fregeru͂t crura. ⁊ alteri⁹ q̄ crucifix⁹ est cu͂ eo. Ad iesu͂
au͂t cu͂ venissent. vt videru͂t eu͂ ia͂ mortuu͂. no͂ fregeru͂t
ei⁹ crura: sed vnus militu͂ lancea latus ei⁹ aperuit: ⁊ co͂
tinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimoniu͂
perhibuit ⁊ verꝝ est testimoniu͂ ei⁹. Et ille scit qꝛ vera
dicit vt ⁊ vos credatis. Facta sunt eni͂ hec vt scriptura
i͂pleret͂. Os no͂ co͂minuetis ex eo. t Et iterꝝ alia scriptu
ra dicit. Videbu͂t in que͂ transfixeru͂t. Post hec aute͂
rogauit pilatu͂ ioseph ab arimathia eo ꝙ esset discipul⁹
iesu occult⁹ au͂t ꝑpter metu͂ iudeorꝝ. vt tolleret corpus
iesu. Et ꝑmisit pilat⁹. venit ergo et tulit corpus iesu.

Venit aūt ꝛ nichodem⁹ q̄ venerat ad iesum nocte pri-
mū.ferēs mixturā mirre ꝛ aloes quasi libras cētū. Ac
ceperūt ergo corp⁹ iesu.ꝛ ligauerūt illd̄ lintheis cū aro-
matib⁹.sicut mos est iudeis sepelire. Erat aūt in loco
vbi crucifixus est ort⁹.ꝛ in orto monumentuꝫ nouū.in
quo nōdū quisq̄ posit⁹ fuerat. Ibi ergo ꝑpter parasce
uē iudeoꝝ:qꝛ iuxta erat monumētū posuerūt iesum.
¶ Passio iesu xp̄i ꝑducat nos ad gaudia paradisi. orō

Deus q̄ man⁹ tuas ꝛ pedes tuos ꝛ totum corp⁹
tuum ꝑ nobis pctōrib⁹ in ligno crucis posuisti.
Et coronam spinaꝝ a iudeis in despectu tui sacratissi
mi corporis sup caput tuū impositam sustinuisti. Et
q̄nqꝫ vulnera ꝑ nobis pctōrib⁹ in crucis patibulo pas-
sus fuisti. Et nos de sacro sāguine tuo redemisti. Da
nobis q̄s hodie ꝛ quotidie vsuꝫ penitētie: abstinētie:pa
ciētie:humilitatis:castitatis:ꝛ caritas:lumē:censuꝫ:in
tellectū ꝛ verā sciētiā vsqꝫ in finē. Qui vi. ¶ Ordo cō
mēdationis aīe primo legat̄ letania supradicta deinde

Credo in deū patrē oīpotentē creatorē celi ꝛ terre
Et in iesum xp̄m filium eius vnicum dn̄m no-
strum. Qui conceptus est de spiritu sctō natus ex ma
ria virgine. Passus sub pontio pilato crucifixus mor-
tuus ꝛ sepultus. Descendit ad inferos tertia die resur
rexit a mortuis. Ascendit ad celos sedet ad dexteram
dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare
viuos ꝛ mortuos. Credo in sp̄m sanctū sctām ecclīam
catholicā sctōꝝ cōionem.remissionē peccatorum car-
nis resurrectionem vitam eternam. Amen.

Quicunqꝫ vult saluus esse: ante oīa opus est vt
teneat catholicā fidem. Quam nisi quisqꝫ inte-

grā inuiolatamq̧ seruauerit: absq̧ dubio in eternum peribit. Fides aūt catholica hec est: vt vnū deū in trinitate ꝛ trinitatem in vnitate veneremur. Neq̧ confundentes psonas: neq̧ substātiā separātes. Alia est eīm psona patris alia filij alia spūs sancti. Sed patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti vna est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius talis spūs sanctus. Increatus pater increatus filius increatus spūs sctūs. Immensus pater immensus fili⁹ immensus spūs sctūs. Etern⁹ pr̄ etern⁹ fili⁹ etern⁹ spūs sctūs Et tamē nō tres eterni: sꝫ vn⁹ etern⁹. Sicut nō tres increati nec tres immensi: sed vn⁹ increat⁹ ꝛ vn⁹ immēsus. Similiter omp̄s pr̄ omp̄s fili⁹ op̄s spūs sanctus. Et tamen nō tres oīpotentes sed vnus omp̄s. Ita deus pater deus filius deus spiritus sctūs. Et tamē non tres dij: sed vnus est deus. Ita dominus pater dn̄s filius dn̄s spūs sctūs. Et tamen non tres dn̄i: sed vnus est dn̄s. Quia sicut sigillatim vnāquamq̧ psonam deum ac dn̄m cōfiteri xp̄iana veritate compellimur: ita tres deos aut dn̄os dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus. Filius a patre solo est non factus nec creatus: sed genitus. Spiritus sanct⁹ a patre et filio: non fact⁹ nec creatus nec genit⁹ sed procedens. Unus ergo pater non tres patres: vnus filius non tres filij: vnus spūs sanctus nō tres spūs sancti. Et in hac trinitate nihil pri⁹ aut posterius nihil maius aut minus sed tote tres psone coeterne sibi sunt ꝛ coequales. Ita vt per oīa sicut iam supradictum est: et vnitas in trinitate ꝛ trinitas in vnitate venerāda sit. Qui vult ergo

saluus esse:ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est ad eternam salutem:vt incarnationem quoqȝ dñi nostri iesu xp̄i fideliter credat. Est ergo fides recta vt credamus et confiteamur:quia dñs noster iesus xp̄us dei filius deus et homo est. Deus ex substãtia patris ante secula genitus:et homo ex substantia matris in seculo natus. Perfectus deus perfectus homo:ex aĩa rationali ⁊ humana carne subsistens. Equalis patri scd̄m diuinitatem: minor patre scd̄m humanitatem. Qui licet deus sit et homo :non duo tamen sed vnus est xp̄us. Unus aũt non conuersione diuinitatis in carne:sed assumptione hũanitatis in deo. Unus omnino non confusione substantie : sed vnitate persone. Nam sicut anima rationalis et caro vnus est homo: ita deus et homo vnus est christus. Qui passus est ꝑ salute nostra descendit ad inferos:tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis:inde vẽturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Ad cuius aduentũ oẽs hoĩes resurgere habent cum corporibus suis : et reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam:qui vero mala in ignem eternum. Hec est fides catholica quaȝ nisi quisqȝ fideliter firmiterqȝ crediderit:saluus esse non poterit. Oratio.

Proficiscere anima christiana de hoc mundo in nomine dei pa ✠ tris omnipotentis qui te creauit. In nomine iesu christi filij dei viui qui ꝑ te passus est. In nomine spiritus sancti qui in te effusus est. In nomine angeloꝝ archangeloꝝ. In nomine thronorum ⁊ dominationũ. In noĩe principatuũ ⁊ potestatum. In

nomine cherubin et seraphin. In nomine patriarchaꝝ et prophetarum. In nomine sanctorum apostolorum. In nomine sanctorum martyrum. et confessorum. In nomine sanctoruꝫ monachorum et heremitarum. In nomine sanctarum virginum et vidnarum: et omniū sctōꝝ ⁊ sctāꝝ dei. hodie sit in pace locus tuꝰ. ⁊ habitatio tua sit in sctā syon. Per eūdem xp̄m dominū nostrū.

DEus misericors. deus clemens. deus qui scd̄m multitudinē miserationū tuaꝝ peccata penitē-tium deles. et preteritorum criminū culpas venia re-missionis euacuas. respice propicius super hunc famu lum tuum. N. et remissionem sibi omnium peccatoꝝ suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renoua in eo piissime pater quicquid terrena fragilitate corruptum. vel quicquid diabolica fraude violatum est: et vnitati corporis ecclesie membrum re demptiōis annecte. Miserere domine gemituum mi-serere lacrimarum eius. et non habentem fiduciā nisi in misericordia tua ad tue sacramentum reconciliatio nis admitte. Per christum. Amen.

COmmēdo te omnipotenti deo frater carissime et cuius es creatura committo. vt cū humanita tis debitum morte interueniente persolueris ad aucto rem tuuum qui te de limo terre formauerat reuerta-ris. Egredienti itaq꜡ anime tue de corpore splēdidus angelorum chorus occurrat. Judex apostolorum tibi senatus aduéniat. Candidatorum tibi martyruꝫ tri-umphator excercitus obuiet. Liliata rutilātium te cō fessoꝝ turma circundet. Jubilantium te virginū chorꝰ excipiat. ⁊ beate quietis in sinū patriarcharum te com

plexus astringat. Mitis atqꝫ festin⁹ xp̄i iesu tibi aspe-
ctu appareat. qui te inter assistētes sibi iugiter īteresse
discernat. Ignores oīne quod in tenebris horret. qḋ stri
det in flammis. quod cruciat in tormentis. Cedat tibi
teterrimus sathanas cum satellitibus suis in aduen-
tu tuo. te cōmitantibus angelis contremiscat. atqꝫ in
eterne noct chaos immane diffugiat. Exurgat deus
ꝛ dissipentur inimici eius. ꝛ fugiāt qui oderunt eum a
facie eius. Sicut deficit fumus deficiant. sicut fluit ce-
ra a facie ignis. sic pereant pctōres a facie dei. Et iusti
epulentur ꝛ exultent in conspectu dei. Confundantur
igitur et erubescant omnes tartaree legiones. et mini
stri sathane iter tuum impedire non audeant. Liberet
te a cruciatu christus qui pro te crucifixus est. Libe-
ret te a morte christus qui pro te mori dignatus est.
Constituat te christus intra sui paradisi amena viren
tia. ꝛ inter oues suas te verus ille pastor agnoscat. Ille
ab omnibus peccatis tuis te absoluat atqꝫ ad dexteraꝫ
suam in electorum te sorte cōstituat redemptorem tuū
facie ad faciem videas: et semper presens. assistens ma
nifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Con-
stitutus igit inter agmina beatoꝝ cōtemplationis di-
uine dulcedine potiaris in secula seculoꝝ. Amē. Orō.

Suscipe dn̄e seruū tuum in locū sperāde sibi sal-
uationis a misericordia tua. ℟. Amen. Libera
dn̄e aīam serui tui sicut liberasti enoc et helyam de cō-
muni morte mundi. ℟. Amen. Libera dn̄e aīam ser-
ui tui ex omnibus periculis infernoꝝ et de laqueis pe-
naꝝ. et ex oīb⁹ tribulationib⁹. Amē. Libera dn̄e aīam
serui tui. sicut liberasti noe de diluuio aquaꝝ. Amen.

Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti ysaac de manu patris sui. Amen. Libera dñe aiaz serui tui. sicut liberasti abraã de ur chaldeoꝝ. Amen. Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti Loth de sodomis et de flamma ignis. Amen. Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti moysen de manu pharaonis regis egiptioꝝ. Amẽ. Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti danielem de lacu leonũ. Amen. Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis. ⁊ de manu regis iniqui. Amen. Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti susannam de falso crimine. Amen. Libera dñe aiaz serui tui. sicut liberasti dauid de manu regis saul et de manu golie. Amen. Libera dñe aiam serui tui. sicut liberasti petrũ ⁊ paulũ de carcerib⁹. Amẽ. Et sicut beatã teclã ꝟginẽ ⁊ martyrẽ tuã de trib⁹ tormẽtꝭ atrocissimis liberasti. sic liberare digneris aiam serui hui⁹ et tecum facias in bonis celestibus cõgaudere. Amẽ.

Commẽdam⁹ tibi aiaz famuli tui. Precamurqꝫ domine iesu christe saluator mũdi. vt ꝓpter quã ad terram descẽdisti misericorditer patriarchaꝝ tuoꝝ sinibus insinuare non renuas. Agnosce domine creaturam tuam non ex diis alienis creatam sed a te solo deo viuo et vero quia non est alius deus preter te. ⁊ nõ est secundum opera tua. Letifica domine animam serui tui in conspectu tuo ⁊ ne memineris iniquitatũ ei⁹ antiquarum et ebrietatum quas suscitauit furor siue feruor mali desiderii. Licet enim peccauerit tamen patrem et filium et spiritum sanctum nõ negauit sed credidit et zelum dei habuit in se. et deum qui fecit omnia adorauit. Amen.

Oratio.

Delicta iuuẽtutis eius ꝛ ignoꝛãtias q̃s ne me-mineris dñe: sed scdm magnam miam tuam memoꝛ esto illius in gloꝛia claritatis tue. Aperiant ei celi conletent ei angeli. In regnuꝫ tuum dñe seruum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus michael archã gelus dei. qui militie celestis meruit pꝛincipatuꝫ. Ueniant illi obuiam sancti angeli dei. et perducãt eum in ciuitatem sctãm hierusalem. Suscipiat eum beatus petrus. cui a dño tradite sunt claues regni celest. Adiuuet eum sanctus paulus. q̃ dignus fuit esse vas electionis. Intercedat ꝓ eo sanctus iohannes apostolus dei electus. cui reuelata sunt secreta celestia. Oꝛent ꝓ eo oẽs sancti apostoli. quibꝰ a dño data est potestas ligandi atqꝫ soluendi. Intercedant pꝛo eo oẽs sancti dei qui pꝛo xp̃i noĩe toꝛmenta in hoc seculo sustinuerunt. Ut vinculis carneis exutus peruenire mereat ad gloriã regni celestis. pꝛestãte dño nostro iesu xp̃o. Qui cũ patre ꝛ spiritu sancto viuit. ¶ Si adhuc anxiatur aĩa dicantur hĩ psalmi. s. Cõfitemini dño. Beati immaculati vsqꝫ Ad dñꝫ cum tribularer. Egressa vero aĩa de coꝛpoꝛe dicat recitando nõ cantando Responsoꝛiuꝫ Subuenite sancti dei cum suo. ℣. ꝛ requiẽ eternã. kyri el. xp̃e el. kyri el. Pater nr̃. ℣. Et ne. ℟. Sed libera. ℣. Requiem eternã. ℟. Et lux. ℣. A poꝛta inferi. ℟. Erue domine. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oꝛatio.

Tibi dñe cõmendamus aĩaꝫ famuli tui vt defũctus seculo tibi viuat. ꝛ quecunqꝫ per fragilitatem mundane querſationis peccata cõmisit tu venia misericoꝛdissime pietatis absterge. Per. ¶ His itaqꝫ



peractis tradat̄ corpus ad mundandū vel lauandum ⁊ cū lotū fuerit induat̄ scdm ꝙ persona defuncti exigit Deinde reponat̄ in lecto. Cum autez sacerdos intrauerit domū vbi defunctus vel defūcta fuerit. Primo aspergat̄ aqua benedicta dicendo. Requiem eternaz kyri el. xp̄eleyson. kyri el. Pater noster. Et ne nos. ℣. In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala nō timebit. ℣. Ne tradas bestiis aīas ꝯfitentiū tibi. ℣. Nō intres in iudiciū. ℣. A porta īferi. ℣. Requiescāt in pace. ℣. Dn̄e exaudi. ℣. Dn̄s vobiscum. Oratio.

Deus cui soli competit medicinaz prestare post mortem: presta nobis petentibus vt aīa famuli tui terrenis exuta cōtagiis in tue redemptionis parte numeretur. Per. ¶ Deinde sacerdos exeat domum ⁊ dicat. ps̄. Ad dn̄m cum tribularer. Et dum corpus exierit per hostium dicatur hec antiphona.

Chorus angelor̄ te suscipiat ⁊ cū lazaro quondā paupere eternā habeas requiē. In paradisū deducāt te angeli in tuo aduētu suscipiāt te martyres ⁊ perducant te in ciuitatem sanctā hierusalē. Chorus.

Ad corpus tradendū ecclīastice sepulture.

In exitu israel de egipto: domus iacob de popu-
lo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius
israel potestas eiꝰ. Mare vidit et fugit: iordanis cōuer
sus est retrorsum. Montes exultauerūt vt arietes: et
colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare ꝙ fugisti
et tu iordanis quia conuersus es retrorsum. Montes
exultastis sicut arietes: ⁊ colles sicut agni ouiū. A fa-
cie dn̄i mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit
petram in stagna aquarum. et rupem in fontes aqua
rum. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo
da gloriam. Super misericordia tua et veritate tua:
nequando dicant gentes vbi est deus eorum. Deus
autem noster in celo: omnia quecunqꝫ voluit fecit. Si
mulacra gentiū argentum ⁊ aurum: opera manuum
hominum. Os habent et non loquentur: oculos ha-
bent et non videbunt. Aures habent et non audient.
nares habent ⁊ non odorabunt. Manus habent ⁊ non
palpabunt pedes habent et non ambulabunt non cla-
mabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciūt
ea et omnes qui confidunt in eis. Domus israel spe-
rauit in domino: adiutor eorum ⁊ protector eorum est
Dominus memor fuit nostri et benedixit nobis. Be
nedixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedi
xit omnibus qui timent dominum pusillis cum maio
ribus. Adijciat dominus super vos: super vos et sup̄
filios vestros. Benedicti vos a dn̄o: qui fecit celum ⁊
terram. Celum celi domino: terram autem dedit fi-
lijs hominum. Non mortui laudabunt te domine: ne
qꝫ omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui
viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et vsqꝫ

in seculū. ℣. Requiē eternam. ℟. Et lux. an̄. Chorus angelorum. Deinde absoluatur corpus per sacerdotē cātando. kyriel. xpel. kyriel. Pater noster. Et ne nos. ℣. Domine exaudi. Dominus vobiscū. Orō.

SVscipe dn̄e animā serui tui quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: et libera eam de principibus tenebrarum et de locis penarum vt absoluta omniū vinculis peccatorum quietis ac lucis eternam beatitudinem perfruatur: et inter sanctos et electos tuos in resurrectiōis gloria resuscitatus respiret. Per xpm dn̄m. ¶ Postea deferat corpus ad ecclesiā cantando. ℟. Credo ꝙ redemptor ꝛc. p ordinē de agenda. si est ppe ecclīam. Si longe dicat agenda. Et absoluat in pausis cū orōnibꝰ sequentibꝰ dicendo. kyriel. xpel. kyriel. Pr̄ nr̄. Et ne nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aīas eoꝝ. Dn̄e exau. Dn̄s vobiscū. Orō.

TIbi dn̄e creatori et factori oīm rerum aīam famuli tui quā de hoc seculo migrare iussisti suppliciter cōmendamus vt si qua crimina carnis aut voluptates gesserit illecebras tua indulgentia deleantur vt nihil in ea potestatis habeat mortis auctor: sed suorum accepta venia delictorum in abrahe gremio trāsferatur. Per. ℣. Anima eius in bonis demorabitur. ℟. Ne tradas bestiis animas. Oratio.

AMnue nobis domine vt anima famuli tui remissionem quam semper optauit mereatur percipere peccatorum. Per christum Oratio.

OMnipotens sempiterne deus cui nunꝙ sine spe misericordie supplicatur: propiciare anime famuli tui: vt qui de hac vite in tui nominis confessione de-

cessit sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per. ¶ Si forte longior sit via trium pausarum dicātur orationes sequentes.

PArtem beate resurrectionis obtineat vitamq3 eternam habere mereatur in celis te prestante deus noster. Qui cum patre et spiritu.


SVscipe domine preces nostras: pro aīa famuli tui: vt quecumq3 macule ei de terrenis cōtagijs adheserunt remissionis tue misericordia deleantur. Per christum dominum. Alia oratio.

ADesto quesum⁹ domine p anima famuli tui: cui in depositione sua officium commemorationis impendimus: vt si qua ei secularis macula inhesit aut vicium mundiale infecit: dono tue pietatis indulgeas et abstergas. Per christum dominum.

DEus cui proprium est misereri semper ꝛ parcere propiciare anime famuli tui: et omnia eius peccata dimitte. vt mortis vinculis absolutus: transire mereatur ad vitam. Per xp̄m dn̄m.

INueniat quesumus domine anima famuli tui lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordie consequuta est sacramentū. Per xp̄m dominū.

Sequens. R. cantatur ad introitum ecclesie. R.



SI bona susce pimus de ma nu domi ni mala

autem quare non susti nea mus. V. Domin⁹ dedit

dominus. abstulit sicut dño placuit ita factū est

sit nomen domini benedictum. ℣. Nudus egressus

suz de vtero matris mee nudus reuertar illuc. Domi

kyrie el. xpe el. kyri el. Pater noster. Et ne nos. ℣. Dñe
exaudi. Et clamor. ℣. Dñs vobiscū. Et cū. Oratio.
Absolue quesumus domine animaz famuli tui
ab omni vinculo delictoruz. vt in resurrectionis
gloria inter sanctos et electos tuos resuscitatus respi-
ret. Per christum dñm. Postea cantatur missa qua fi-
nita duo incipiunt.

Subuenite sancti dei occurrite angeli

domini suscipiētes animam eius. Offerentes eam

in conspectu altis simi. ℣. Suscipiat te xp̄s

q creauit te ꝛ ĩ sinu abrahe ãgeli deducãt te. Afferẽ.
kyrieel. xpẽel. kyrieel. Pater noster. Et ne nos. Et asper
gatur aqua ꝛ incensum sup feretrũ. ps̃. Ad dñm cũ tri
bularer. Totũ. ℣. Requiẽ eternã. ℣. Non intres in iu
diciũ cũ seruo tuo dñe. ℟. Quia nullus apud te iusti-
ficabitur homo. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oro.

NOn intres in iudicium cum seruo tuo domine quia nullus apud te iustificabitur homo: nisi ꝑ te omnium peccatorum tribuatur remissio. Nõ ergo eum quesumus domine tua iudicialis sententia pre-mat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane comẽ-dat. sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis qui dũ viueret insignitus est signa-culo sancte trinitatis te prestante deus noster. Qui in trinitate pfecta viuis ꝛ regnas in secula seculoꝝ. Amẽ

NE recorde ris pec cata mea do mi ne.

Dum veneris iudicare seculum per ig nem

Dirige domi ne deus meus in conspectu tuo



viam me am. Dum veneris.

kyri el. xpe el. kyri el. Pater noster. Et ne nos. ps. Leuaui oculos meos. ℣. In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala nō timebit. ℣. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oratio.

Fac cum seruo tuo quesumus domine hanc misericordiam: vt factorum suorum in penis non recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem vt sicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis: ita illic euz tua miseratio societ angelicis choris. Qui cū patre et spiritu sancto viuis et regnas.

Libera me domine de morte e terna. In die il-



la tremenda. Quando ce li mouendi sunt et terra



Dum vene ris iudicare se culum per ignē.



Tremens factus sum ego et timeo dū discussio vene







Dñ ve. kyri el. xpe el. kyri el. Pater noster. Et ne. ps. De profundis cla. ℣. Ne tradas bestijs animas ꝯfitentiū tibi. ℟. Et aīas pauperꝝ tuoꝝ ne obliuiscaris in finem. ℣. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oratio.

Inclina domine aurem tuaz ad preces nostras: quibus misericordiam tuam supplices deprecamur. vt aīam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas. et sctōꝝ tuorum iubeas esse consortem. Per. ¶ Modo incipiant ire ad sepulturam cantando.





inimici mei et enim vniuersi qui te expectant non cõ

fun den tur. Dirige me in verita te tuã ꝛ doce

me qui a tu es deus saluatoꝛ meus ꝛ te sustinui tota

die. Respice in me et miserere mei domi ne custo di

animã meã ꝛ eripe me non confundar quo niam in-

uocaui te et enim vniuersi qui te expectant non con

fun den tur.

¶ Cum autem sacerdos peruenerit ad tumulum be-
nedicat ipsum dicendo sequentem orationem. Oratio

Deus qui fundasti terram ꝛ formasti celos: qui
nomina syderibus statuta fixisti: qui captuz la-

quei mortis hominem lauacri ablutione reparasti qui sepultos abraam ysaac et iacob in spelũca duplici in libri vite atq3 totius glorie principes aduocasti benedicẽdo bene ✠ dicere digneris hunc tumulum famuli tui. N. vt hic eum requiescere facias ⁊ in sinu abrahe collocare digneris: qui dominum nostrum iesum christum filiũ tuu3 deuictis inferoꝝ laqueis credẽtiũ resurgere in se suoꝝq3 mẽbra iussisti resuscitare. Respice dñe sup hãc fabricã sepulture. descẽdat hic spũs sctũs q̃ bene ✠ dicẽdo bñdicat scti ✠ ficando sctificet: vt te iubente sit in hoc loco q̇eta dormitio: ⁊ in tp̃e iudicij tui cum sctis oib⁹ vera resuscitatio. Qui viuis et regnas. Et bene ✠ dictio dei patris oipotentis et filij et spũs scti descendat ⁊ maneat sup hãc fabricã sepulture. Amẽ. ¶ Dicta ořone accipiat sacerdos aquã bñdictã ⁊ aspergat corp⁹ ⁊ tumulũ ⁊ postea similiter incenset. Deinde incipiat in psona defuncti. añ. Aperite mihi. Psalmus.

Confitemini dño qm̃ bonus qm̃ in seculu3 mĩa ei⁹. Dicat nunc israel qm̃ bonus: qm̃ in seculũ mĩa ei⁹. Dicat nũc dom⁹ aaron: qm̃ in seculũ mĩa ei⁹ Dicãt nũc q̃ timẽt dñm qm̃ in seculũ misericordia ei⁹ De tribulatione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi hõ. Dñs mihi adiutor: ⁊ ego despiciã inimicos meos. Bonũ est cõfidere in dño q̃ꝑ confidere in homine. Bonũ est sperare in dño: q̃ꝑ sperare in principib⁹ Oẽs gentes circuierunt me: ⁊ in noĩe dñi: qr vltus su3 in eos. Circundantes circundederunt me et in nomine domini: quia vltus sum in eos. Circundederũt me sic ut apes ⁊ exarcerũt sicut ignis in spinis: ⁊ in nomine

domini quia vltus sum in eos. I mpulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me. F ortitudo mea et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem. V ox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. D extera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutez. N ō moriar sed viuam: et narrabo opera domini. C astigans castigauit me dominus: et morti nō tradidit me A perite mihi portas iusticie et ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabūt in eam. C onfitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem. L apidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in occulis nostris. H ec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. O domine saluum me fac: o domine bene prospera re benedictus qui venit in nomine domini. B enediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis. C onstituite diem solennem in condēpsis vsq; ad cornu altaris. D eus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. C onfitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem. C ōfitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculū misericordia eius. Antiphona. Aperite mihi portas iusticie et ingressus in eas cōfitebor domino. Antiphona Hec requies mea. Psalmus.

M Emento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. S icut iurauit domino votum vouit deo iacob. S i introiero in tabernaculū domus mee: si ascendero in lectū strati mei. S i dedero somnum

oculis meis:et palpebris meis dormitationem. Et re
quiem temporibus meis donec inueniam locum dño
tabernaculũ deo iacob. Ecce audiuim⁹ eũ in effrata
inuenimus eum in campis silue. Introibimus in ta-
bernaculum eius:adorabimus in loco vbi steterũt pe-
des eius. Surge domine in requiem tuam : tu et ar-
cha sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur
iusticiam:et sancti tui exultent. Propter dauid seruũ
tuum:non auertas faciem christi tui. Iurauit domi-
nus dauid veritatem et non frustrabitur eum:de fru-
ctu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custo-
dierint filij tui testamentum meũ : et testimonia mea
hec que docebo eos. Et filij eorum vsq3 in seculum:se
debunt super sedem tuam. Quoniam elegit domin⁹
syon:elegit eam in habitationẽ sibi. Hec requies mea
in seculum seculi : hic habitabo : quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam:pauperes eius
saturabo panibus. Sacerdotes eius induam saluta
ri:et sancti eius exultatione exultabunt. Illuc produ
cam cornu dauid:paraui lucernam christo meo. Ini
micos ei⁹ induã confusione:super ipsum aũt efflorebit
sctificatio mea. añ. Hec reqes mea in seculũ seculi hic
habitabo qm̃ elegi eã. añ. De terra formasti me. Ps.
Domine probasti me ⁊ cognouisti me:tu cogno
uisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam
Intellexisti cogitationes meas de lõge:semitam me
am.et funiculum meũ inuestigasti. Et omnes vias
meas preuidisti : quia non est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et anti-
qua:tu formasti me et posuisti super me manum tuã.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata est et
non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a fa
cie tua fugiam. Si ascendero in celum tu illic es: si
descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas
meas diluculo: et habitauero in extremis maris. Et
enim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dexte
ra tua. Et dixi forsitan tenebre ꝯculcabũt me: et nox
illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre non
obscurabuntur a te: et nox sicut dies illumiuabitur: si
cut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti
renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Con
fitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabi-
lia opera tua et anima mea cognoscet nimis. Non est
occultatum est os meum a te quod fecisti in occulto: et
substantia mea in inferioribus terre. Imperfectuꝫ
meum viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribẽ
tur: dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem ni-
mis honorificati sunt amici tui deus: nimis ꝯfortatus
est principatus eorum. Dinumerabo eos et super are
nam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc tecum sum.
Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declina
te a me. Quia dicitis in cogitatione: accipient in vani
tate ciuitates suas. Nõne qui oderunt te domine ode
ram: et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto
odio oderam illos: et inimici facti sunt mihi. Proba
me deus et scito cor meum: interroga me et cognosce
semitas meas. Et vide si via niquitatis in me est: et de
duc me in via eterna. Antiphona. De terra formasti
me et carne induisti me redemptor meus domine re-

suscita me in nouissimo die. Antiphona. Omnis spiritus. Psalmus.

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eũ oẽs angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum et aque que super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit. Laudate dominũ de terra: drachones et oẽs abyssi. Ignis grando nix glacies ꝛ spũs ꝓcellarum: que faciunt verbum eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennate. Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre. Iuuenes et omnes virgines senes cũ iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui. Hymnis omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exultauit mansuetos in salutem. Exultabũt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vin-

dictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciãt in eis iudiciũ conscriptum gloria hec est oĩbus sanctis eius. Laudate dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono et tube: laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eũ in timpano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. añ. Omnis spiritus laudet dominum. ℣. Audiui vocem de celo dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur. añ. Ego sum.

Benedictus dñs deus israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum: que a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti. Ius iurandũ quod iurauit ad abraam patrem nrm daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorũ liberati seruiamus illi. In sanctitate et iusticia corã ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiã salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordie dei nostri. in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et umbra mortis sedent:

ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. aña. Ego sum resurrectio et vita qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me nõ morietur in eternum. Antiphona.

Clemẽtissime domine qui pro nostra miseri a ab impiorum manibus mortis supplicium pertulis ti. Libera aĩam eius de inferni voragine et de ministris tartare is misera tor absolue et cũ cta eius pecca ta obliuione ꝑpetua dele eamqꝫ ad lucẽ tuam angeli sancti tradãt paradisiqꝫ ianuam introducat vt dũ corpusculũ pulueri tradit ad

eternitatē pducāt domine miserere sup isto pctōre. kyri el. xpel. kyriel. Pr nr. Et ne. ps. De profūdis. V. Requiē eternā. V. A porta iferi. Dn̄e exau. Dn̄s vo.

Tibi dn̄e commendamus animaʒ famuli tui vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ quecūqʒ p fragilitatem mundane conuersationis peccata commisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Oratio.

Commēdam⁹ tibi dn̄e animā famuli tui precamurqʒ vt ppter quā ad terrā tua pietate descēdisti patriarcharū tuorū sinib⁹ collocare digneris. Oro.

Omnipotens sempiterne de⁹ annue q̄s precib⁹ nr̄is ea q̄ poscim⁹ ⁊ dona oīb⁹ quorū hic corpa reqescūt refrigerii sedē qetis btitudinē ⁊ lumis claritatē vt q̄ pctōrū suorū pōdere pgrauāt eos supplicatio ecclie cōmēdet.

Inclina dn̄e aurē tuā ad preces nr̄as qb⁹ miam tuā supplices depcamur vt aiaʒ famuli tui quā de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione ↄstituas: ⁊ sanctorū tuorū iubeas esse consortem. Per.

Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clementiam tuam vt nostre cōgregationis fratres propinquos et omnes benefactores nostros qui ex hoc seculo transierūt: beata maria semper virgine intercedente cū oībus sctis tuis ad perpetue beatitudinis consorcium peruenire concedas.

Deus cui⁹ miseratione aīe fideliū requiescūt famulis ⁊ famulab⁹ tuis oīb⁹ hic et vbiqʒ in xp̄o quiescentibus: da propicius veniam pctōrū vt a cūctis

reatibus absoluti tecum sine fine letentur..

Deus cui oīa viuūt ⁊ cui nō pereūt moriēdo corpora nr̄a sed mutant̄ in meliꝰ: te supplices dep̄camur vt qcq̄d aīa famuli tui vicioꝝ tueq̄ʒ voluntati ꝯtrariū fallente diabolo ⁊ ꝓpria iniqtate atq̄ʒ fragilitate ꝯtraxit: tu pius ⁊ misericors absolue: indulgendo eāq̄ʒ suscipi iubeas p̄ manꝰ sctōꝝ angeloꝝ tuoꝝ deducendā in sinuʒ patriarchaꝝ tuoꝝ: abraam scilʒ amici tui: ⁊ ysaac electi tui atq̄ʒ iacob dilecti tui quo affugit dolor tristicia atq̄ʒ suspirium: fideliū quoq̄ʒ aīe felici iocunditate letantur: ⁊ in nouissimo magni iudicij die inter sanctos et electos tuos eam facias perpetue glorie percipere porcionem: quam oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit quam preparasti diligentibus te. Per christum.

¶ In agenda mortuoꝝ ad matutinas. Inuitatoriū.



Regem cui omnia viuunt. Venite adoremus.

Venite exultemꝰ dn̄o iubilemꝰ deo salutari nr̄o preocupemꝰ faciē eiꝰ in ꝯfessiōe ⁊ in psalmis iubilemꝰ ei. Qm̄ deus magnus dn̄s ⁊ rex magnus sup oēs deos: qm̄ nō repellet dn̄s plebē suā: q2 in manu eiꝰ sunt oēs fines terre ⁊ altitudines montiū ip̄e conspicit. Qm̄ ipsius est mare ⁊ ipse fecit illud ⁊ aridā fundauerūt manus eiꝰ: venite adoremꝰ et ꝓcidamus ante deū ploremꝰ corā dn̄o q̄ fecit nos: q2 ip̄e est dn̄s deus noster nos aūt populus eiꝰ et oues pascue eiꝰ.. Hodie si vocē eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in

exacerbatione secundū diem tentationis in deserto vbi tentauerunt me patres vestri probauerunt ꝛ viderūt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hij errant corde: ipsi vero nō cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. Antiphona.

Dirige Seculorum. Amen.

Uerba mea aurib⁹ pcipe dn̄e intellige clamorē meū. Intende voci orōnis mee: rex me⁹ et de⁹ me⁹. Quō ad te orabo dn̄e: mane exaudies vocē meā. Mane astabo tibi ꝛ videbo: qm̄ nō de⁹ volēs iniquitatem tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ pmanebūt iniusti ante oculos tuos. Odisti oēs q̄ operant̄ iniquitatē: pdes oēs q̄ loquunt̄ mendaciū. Uirū sanguinū ꝛ dolosum abhominabit̄ dn̄s ego aūt in multitudine mīe tue. Introibo in domū tuā adorabo ad templū sctm̄ tuū: in timore tuo. Dn̄e deduc me in iusticia tua: ppter inimicos meos dirige in cōspectu tuo viā meā. Qm̄ nō est in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanū est. Sepulchꝝ patēs est guttur eoꝝ liguis suis dolose agebāt: iudica illos de⁹. Decidāt a cogitationib⁹ suis scdm multitudinem impietatū eoꝝ expelle eos: qm̄ irritauerūt te dn̄e. Et letentur oēs qui sperant in te: in eternū exultabūt ꝛ habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligūt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Requiem. Antiphona.

Dirige domine deus meus in cõspectu tuo viam meam. añ. Cõuertere. Seculorum amen.

Dñe ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum: sana me dñe qm̃ ꝯturbata sũt oĩa ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: ⁊ tu dñe vsquequo. Cõuertere dñe ⁊ eripe aĩam meã: saluũ me fac ꝓpter mĩam tuã. Qm̃ nõ est in morte q̃ memor sit tui: ĩ inferno aũt qs ꝯfitebit̃ tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lacrimis meis stratũ meũ rigabo. Turbat⁹ est a furore ocl's me⁹: inueteraui iter oẽs inimicos meos. Discedite a me oẽs q̃ opamini ini quitatẽ: qm̃ exaudiuit dñs vocẽ flet⁹ mei. Exaudiuit dñs depcationẽ meã: dñs orõnẽ meã suscepit. Erubescãt ⁊ ꝯturbent̃ vehemẽter oẽs inimici mei: cõuertant̃ ⁊ erubescant valde velociter. Requiem eternã. añ.

Conuertere domine ⁊ eripe aĩam meã qm̃ nõ est in morte q memor sit tui. añ. Reqñ. Seculor̃ amẽ.

Introeat dñe iesu xp̃e domū hãc sub nostre humilitatis ingressu: eterna felicitas: diuina ꝓsperitas: serena leticia: caritas fructuosa: sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonū. adsint ange-

li pacis: domumq̃ hanc deserat effugata discordia: magnifica domine super nos nomen sctũ tuuz: ⁊ be ✠ nedic nostre conuersationi: sanctifica nr̃e humilitatis ingressum qui sctũs ⁊ pius es: ⁊ permanes cum patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Oremus deprecemur dñm nostrũ iesum xp̃m vt benedicendo bene ✠ dicat hanc domuz et omnes habitantes in ea: et det eis angelum bonum custodem: faciatq̃ eos sibi seruire ad considerandu mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias potestates eruat eos ab omni malo et ab omni perturbatione ac sanos in hoc tabernaculo vel domo custodire dignetur Qui cum patre et spiritu sancto viuit ⁊ regnat. Orõ.

Adesto dñe supplicationib⁹ nr̃is ⁊ hãc domũ serenis oculis tue pietatis illustra: ⁊ descẽdat sup hãc domũ ⁊ habitantes in ea gracie tue larga bñdictio: vt in istis manufactis habitaculis cũ salubritate manentes ipsi sint semper habitaculum tuum. Per xp̃m.

Deum omnipotẽtem fratres carissimi in cuius domo mansiones multe sunt: supplices deprecemur vt habitaculum istud vna cum habitatoribus be ne ✠ dicere dignetur: vt sint promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud tribue eis domine de rore celi habundanciam et de pinguedine terre vite humane substantiam et eorum voci desideria ad effectũ tue miserationis perducat ad introitum ergo istum nostrum benedicere dignetur quemadmodum benedixit deus abraam ysaac et iacob: et angeli lucis et pacis semper in ea habitent: tenebras ab ea expellant lumen infundant nullam semetem aduersariorum tribuant

potestatem. sit domus dedicata et nullam in ea inimicus licentiam habeat nocēdi. Per virtutem dn̄i nostri iesu xp̄i. Qui venturus est iudicare. zache festinās descende qꝛ hodie in domo tua oportet me manere: at illle festinās descēdit et suscepit illū gaudēs in domū suam hodie huic domui salus a deo facta est alleluya.

Tūc inclinat se vir dom⁹ ꝛ dicat. Jube dōne bn̄dicere.

Dominus noster iesus xp̄us rex virtutū et glorie bene ✠ dicat te cum familia tua presentia ꝛ futura in hac domo hodie. Amē. Et benedictio dei patris omnipotentis ✠ et filij et spiritus sancti descēdat super hanc domum et habitantes in ea.

Sequitur forma absolutionis excōicatoꝝ.

Primo aduertēdū est ꝙ excōicat⁹ obtineat absolutionē siue aliquod sp̄ale mandatū iuridicū ab officiali a quo est excōicatus siue fuerit diocesan⁹: siue metropolitanus aut alterius auctoritatis: qꝛ illius est soluere cui⁹ est ligare. Et hijs attētis si fuerit excōicatus a persona pro ɔtumacia vel al's. Primo p̄mitat excōicatus ꝛ iuret esse de p̄nti ꝛ in futuro obediēs p̄cept(eccl'ie siue sit ante fores eccl'ie vl' alibi fit hoc modo. Primo dr. ps̄. Deus misereaᷓ nostri totuꝫ cū. Gloria p̄ri ℣. Saluū fac seruū tuū dn̄e. ℟. Deus me⁹ sperantē in te. ℣. Dn̄e exau. ℟. Et clamor. Dn̄s vobis. orem⁹

Deus cui propriū est misereri semper et parcere suscipe deprecationē nostraꝫ. Et hunc famulū tuū quē cathena excōicationis ɔstrigit miseratio tue pietatis absoluat. Et ego auctoritate ap̄lica vel metropolitana. vel dn̄i officialis. t. aut alterius prout fuerit. Te absoluo a sua interdicti siue excommunicationis

aut als in qua Innodotus eras, ad instātiā.t. Et sic ab solutū restituo te sanctis ecclie sacramētis ⁊ vnitati fidelium precipiendo tibi q a cetero tales snias vel sibi similes non incurras. Et ego te absoluo. In noie patris ⁊ filij et spūs sancti. Amen. ¶ Sequitur forma absolutionis excōicator a iure dū tamen ab habente potestatem habeat licentiā. Fiat put supradictū est. Excepto q cū peruentum fuerit ad locū scz Ego te absoluo ⁊c. dicet. Ego te absoluo a sententia excōicationis lata a iure per constitutiones prouinciales ⁊ sinodales pro eo q contraxisti matrimoniū clandestinū, cum.t. vel p eo q presens fuisti in matrimonio clādestine contracto inter.t.⁊.t. vel pro eo q manus violentas in clericuz aut sacerdotem iniecisti. Siue aliter prout casus requirit. Et hoc qtra iuris prohibitiones. Et sic absolutū restituo te sanctis ecclesie sacramentis ⁊ vnitati fidelium. In noie patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti Amen. ¶ Sequit forma absolutionis cadaueris. Si cadauer fuerit sepultū exhumat ita vt videri possit cū sudario suo. Si vero nō fuerit sepultū etiā absoluatur quocūqz modo vt sequitur. Et ista absolutio est solennis ⁊ debet fieri in publico. Et primo dicat. ps Miserere mei de⁹ totuz ⁊c. Gloria patri orone dñicali. Et vsu ⁊ ps. ⁊ orone p ut supra habet in rubrica de excōicato viuente ⁊ absoluat vts. Hoc excepto qz cū peruentū fuerit ad hāc particulam. Et hūc famulū tuū dicet. Et hoc cadauer qd cathena excōicationis cōstringit miseratio ⁊c. prout. s. Et pcutiat ter cadauer virga in signū penitentie ⁊ ad terrorē populi ibidem existentis vt exinde arma ecclie nō habeant in sprētū. ¶ Sequit forma litterarū que

Sequūť forme lr̄aꝝ bannoꝝ ⁊ bone fame.
mittitur ad alium capellanum de certificatione ban-
norum que est talis.

Venerabili et circūspecto viro domino rectori.t.loci seu eius vicario salutē in domino. Noueritis nos bā-na publice vt est moris ter vel bis: vel semel emisisse in.t.ecclesia ꝙ matrimoniū erat ꝯtrahendum in facie sancte matris ecclesie inter.t.⁊.t.in quibus nullus ap-paruit contradictor in aliquo ob quod dictū matrimo nium suum non debeat sortiri effectum. Jdcirco ꝑ pre sentes vobis licentiam concedimus dū per partes fue-ritis legitime requisitus dictū matrimonium in dn̄o solennizetis nisi apud vos fuerit aliquod aliud canoni cum impedimentum quod obsistat. Ex.t.loco.t.die ⁊ Anno.t.⁊c. Totus vester Jo.t.rector.t.ecclesie.

Sequūť forma littere bone fame vnius parrochia-ni volentis ire in partibus alienis. Nouerint vniuer-si presentes pariter et futuri has litteras visuri ac etiā audituri ꝙ die.t mēsis.t.Anno domini Millesimo ⁊c. Jo.t.parrochianus.t.ecclesie diocesis.t. cōfessus fuit a nobis vt fidelis christianus. Et etiam sanctam cōmu-nionem recepit semel in anno. Quare vobis vnicuiqꝫ ecclesiarum rectoribus prioribus cappellanis curatis seu eorum locatenen̄.ad quos presentes littere perue-nerint dictum.t.recommendamus et sacramenta ec-clesiastica si opus sit eidem si vobis placuerit admini-strare dignemini. Saluo tamen iure vestro. Nam a die date presentium in eodem nullum extitit canonicū impedimentum. Ex tali loco. Anno ⁊ die predictis.
Per in cunctis seruitorē vestrū Jo.t.rectorē.t.

¶ Incipit liber processionū totius anni. Et primo dicitur Antiphona.

Asper ges me Domine. ¶ In tpe pascali.

Vi di aquam. Egredie.

Veni crea tor spiri tus mentes tuoꝝ visita imple superna gratia q̄ tu creasti pectora. Qui paraclitus diceris donum dei altissimi: fons vi⸗uus ignis caritas et spiritalis vnctio Tu septiformis munere dextre dei tu digitus: tu rite promissuꝫ patris sermone ditans gutura. Accende lumen sensibus in⸗funde amorem cordibus: infirma nostri corporis virtu te firmans perpetim. Hostē repellas longius pacem⸗qꝫ dones protinus: ductore sic te preuio vitemus om⸗ne noxiuꝫ. Per te sciamus da patrem noscamus atqꝫ filium te vtriusqꝫ spiritum credamus omni tempore. Gloria patri domino natoqꝫ qui a mortuis surrexit ac paraclito: in seculoruꝫ secula. Amen. ℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. ℟. Et hoc quod cō tinet omnia scientiam habet vocis. Oratio.

Deus q̄ corda fideliū sctī spūs illustratione do⸗cuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere ꝛ de eius semper consolatione gaudere. Per dn̄m nr̄m.

Pro faciendo processionem.

Deinde dicitur. añ. Saluator mundi vel alia. añ. secundum consuetudinem patrie. añ.

Saluator mundi salua nos omnes

℣. Dicite in nationib⁹ all'a. ℟. Quia dñs regnauit.

DEus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem concede nobis famulis tuis vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundē xp̄m do.

Pro alio tempore. ℣. Omnis terra adoret te de⁹ et psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo. Oratio.

PErpetua nos dñe pace custodi quos per lignuz sancte crucis redimere dignatus es. Per. vel.

REspice quesumus dñe super hanc familiã tuã pro qua dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum. Qui tecum viuit. Benedictio.

ADiutorium nostrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit. ℣. Sit nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc nũc et vsq3 in seculũ. Orem⁹. Per lignum et virtutez sancte crucis et per intercessionē gloriose virginis marie: et per merita apostolorum petri et pauli et omniũ sanctorum et sanctarum dei. Benedictio omnipotentis patris ✠ et filij ✠ et spiritus ✠ sancti descendat ꝛ maneat super nos ꝛ custodiat fructus terre nũc ꝛ semper. ¶ Postea dicit'. ℟. pro mortuis cum orationibus et alijs necessarijs prout est fieri consuetum.

¶ Hymnus in natiuitate domini.

Christe redemptor omnium ex patre patris vnice: solus ante principium natus ineffabiliter. Tu lumen tu splendor patris tu spes perhennis omnium: intende quas fundunt preces tui per orbem famuli. Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis: ex illibata virgine nascendo formam sumpseris. Sic presens testatur dies currens per anni circulum quod solus a sede patris mundi salus adueneris. Hunc celum terra hunc mare hunc omne quod in eis est: auctorem aduentus tui laudans exultat cantico. Nos quoque qui sancto tuo redempti sanguine sumus: ob diem natalis tui hymnum nouum concinimus. Gloria tibi domine qui natus es de virgine: cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

De passione.

Vexilla regis prodeunt fulget crucis misterium quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Quo vulneratus insuper mucrone diro lancee: vt nos lauaret crimine manauit vnda sanguine. Impleta sunt que concinit dauid fidelis carmine: dicens in nationibus regnauit a ligno deus. Arbor decora et fulgida ornata regis purpura: electa digno stipite tam sancta membra tangere. Beata cuius brachijs secli pependit precium statera facta corporis predamque tulit tartari. O crux aue spes vnica hoc passionis tempore: auge pijs iusticiam reisque dona veniam. Te summa deus trinitas collaudet omnis spiritus: quos per crucis misterium saluas rege per seculum. Amen.

Pange lingua gloriosi prelium certaminis: et super crucis tropheum dic triumphum nobilem: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. De pa

rentis pthoplausti fraude facta ɔdolens: quādo pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignum tūc notauit damna ligni vt solueret. Hoc opus nr̄e salutis ordo depoposcerat multiformis proditoris ars vt artē falleret et medelam ferret inde hostis vnde leserat. Quando venit ergo sacri plenitudo tēporis: missus est ab arce patris natus orbis conditor. atq3 vētre virginali caro factus prodijt. Uagit infans inter arta ɔditus presepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat: et manus pedesq3 crura stricta cingit fascia. Gloria et honor deo vsquequo altissimo: vna patri filioq3 inclito paraclito: cui laus est et potestas per immensa secula. Amen.

In resurrectione domini.

AD cenā agni prouidi: et stolis albis candidi: post trāsitū maris rubri: xp̄o canamꝰ principi. Quiꝰ corpus sctissimū in ara crucis torridū: cruore eiꝰ roseo gustādo viuimꝰ deo. Protecti pasche vespere a deuastante angelo erepti de durissimo pharaonis imperio. Iam pascha nr̄m xp̄s est: qui immolatus agnus est: sinceritatis azima: caro eiꝰ oblata est. O vera digna hostia: p quā fracta sunt tartara: redēpta plebs captiuata reddit ad vite premia. Consurgit xp̄s tumulo: victor redit de baratro: tirannū trudens vinculo ⁊ reserans paradisum. Quesumꝰ auctor oī3: in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu tuū defende populū. Gloria tibi dn̄e: qui surrexisti a mortuis. cū p̄re ⁊ sctō spū in sempiterna secula. Amē

In ascensione dn̄i.

IEsu nr̄a redēptio amor ⁊ desideriu3: deꝰ creator oīm homo in fine tempoꝝ. Que vicit clemētia vt ferres nr̄a crimina: crudele3 mortē patiēs vt nos a

morte tolleres. Inferni claustra penetrãs tuos capti
uos redimẽs: victor triũpho nobili ad dexterã pr̃is resi
dẽs. Ipsa te cogat pietas vt mala nr̃a superes: pcẽdo
et voti cõpotes nos tuo vultu saties. Tu esto nostrum
gaudiũ: qui es futurus premiũ: sit nostra in te gloria p
cuncta semper secula. Amen. In festo penthecostes.

Veni creator spiritus mẽtes tuorum visita imple
superna gr̃a q̃ tu creasti pectora. Qui paraclit9
diceris donũ dei altissimi: fons viu9 ignis caritas et spiri
talis vnctio. Tu septiformis gr̃e dextre dei tu digit9:
tu rite promissum patris sermone ditãs guttura. Ac
cende lumen sensib9 infunde amorẽ cordib9: infirma no
stri corporis virtute firmãs perpetim. Hostẽ repellas
longius pacemq3 dones protinus: ductore sic te preuio
vitem9 omne noxiũ. Per te sciam9 da patrẽ noscam9
atq3 filiũ: te vtriusq3 spm̃ credam9 oĩ tpe. Gloria pa
tri dño natiq3 qui a mortuis surrexit: ac paraclito in se
culorum secula. Amen. De corpore christi.

Pange lingua gloriosi corporis misterium: san
guinisq3 preciosi quem in mundi precium: fru
ctus ventris generosi rex effudit gentium. Nobis da
tus nobis natus ex intacta virgine: et in mundo cõuer
satus sparso verbi semine: sui moras incolat9 miro clau
sit ordine. In supreme noctis cene recumbens cũ fra
trib9 obseruata lege plene cibis in legalib9: cibum turbe
duodene se dat suis manibus. Verbum caro panem
verum verbo carnẽ efficit: fitq3 sanguis xp̃i merũ et si
sensus deficit: ad firmandum cor sincerum sola fides
sufficit. Tantum ergo sacramentum veneremur cer
nui: et antiquum documentũ nouo cedat ritui: prestet

fides supplementum sensuum defectui. Genitori genitoqꝫ laus et iubilatio: salus honor virtus quoqꝫ sit et benedictio: procedenti ab vtroqꝫ compar sit laudatio. Amen.

De sancto iohanne baptista.

Ut queant laxis resonare fibris mira gestorum famuli tuorum solue polluti labij reatum sancte iohannes. Nuncius celso veniens olimpo: te patri magnum fore nasciturum: nomen et vite seriem gerē de ordine promit. Ille promissi dubius superni: perdidit prompte modulos loquele: sed reformasti genitus perempte organa vocis. Uentris obtruso recubans cubili: senseras regem thalamo manentem: hinc parēs nati meritis vterqꝫ abdita pandit. Gloria patri genitęqꝫ proli: et tibi compar vtriusqꝫ semp spūs alme deꝰ vnus oī tpe secli. Amē.

De beata virgine maria.

Ave maris stella dei mater alma: atqꝫ semp virgo felix celi porta. Sumens illud aue gabrielis ore: funda nos in pace mutans eue nomē. Solue vincla reis profer lumen cecis: mala nostra pelle bona cuncta posce. Mōstra te esse matrem sumat per te preces: qui pro nobis natus tulit esse tuus. Uirgo singularis inter omnes mitis: nos culpis solutos mites fac et castos. Uitam presta puram iter para tutum: vt videntes iesum semper colletemur. Sit laus deo patri summo xpo decus: spiritui sancto tribus honor vnꝰ. Amē.

Quem terra ponthus ethera colunt adorant predicant: trinam regentem machinam claustrū marie baiulat. Cui luna sol et omnia deseruiunt per tēpora: perfusa celi gratia gestant puelle viscera. Beata mater munere cuius supernus artifex: mūdnm pu-

gillo ɔtinẽs ventris sub archa clausus est. Beata celi nũcio fecũda sctõ spũ: desiderat⁹ gẽtib⁹ cui⁹ p aluum fu sus est. Gloria tibi dñe qui natus es de virgine cum patre ⁊ sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

O Gloriosa dña excelsa sup sidera: qui te creauit p uide lactasti sacro vbere. Quod eua tristis abstu lit tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua ⁊ porta lucis ful gida: vitã datã per virginẽ gentes redempte plaudite Gloria tibi dñe. ¶ Iniciũ scti euãgeli scdm iohãnem.

IN principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in princi- pio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factũ est in ipso vita erat: et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderũt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimo- nium: vt testimoniu3 perhiberet de lumine: vt omnes crederẽt per illum. Non erat ille lux: sed vt testimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat om- nem hominem venientem in hunc mundum. In mun do erat: et mundus per ipsum factus est: et mũdus eũ non cognouit. In propria venit: et sui eum non recepe- runt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis po- testatem filios dei fieri. His qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neq3 ex voluntate car- nis neq3 ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et ver bum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis. Secundum marcum.

IN illo tpe recumbentib⁹ vndecim discipulis apparuit illis iesus: ⁊ exprobrauit incredulitatē illorū ⁊ duriciā cordis: qr hijs qui viderāt eū resurrexisse a mortuis non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mūdum vniuersum: predicate euangeliū omni creature. Qui crediderit et baptisatus fuerit: salu⁹ erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eijciēt: linguis loquent̄ nouis serpētes tollent. Et si mortiferū quid biberint non eis nocebit. Sup egros manus imponēt: et bene habebūt. Et dn̄s quidē iesus postq̄ locut⁹ est eis assumpt⁹ est i celū: ⁊ sedet a dextris dei. Illi autem profecti: predicauerunt vbiqꝫ dn̄o cooperante ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis.

Oratio de sancto spiritu.

DEus q̄ corda fideliū sctī spūs illustratiōe docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere: et de ei⁹ semper consolatione gaudere. Beate marie oratio.

COncede nos famulos tuos q̄s dn̄e de⁹ perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: ⁊ glīosa btē marie semp ꝟginis intercessione: a presenti liberari tristitia et eterna perfrui leticia. Pro peccatis oratio.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram: et quos delictorum cathena constringit: miseratio tue pietatis absoluat. Pro pace oratio.

DEus a quo sancta desideria: recta cōsilia ⁊ iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mūdus dare non potest pacē: vt et corda nostra mandatis tuis dedita: et hostium sublata formidine: tempora sint tpa

protectione tranquilla. Contra tempestatẽ orõ.

A Domo tua quesum⁹ domine spiritales nequi-
tie repellãtur: et aeriarum discedat malignitas
tempestatum et fulgurum. Pro pluuia oratio.

DEus in quo viuimus mouemur ⁊ sumus: plu
uiam nobis tribue congruentem vt presentibus
subsidijs sufficienter adiuti: sempiterna fiducialiter ap
petamus. Pro serenitate oratio.

AD te domine clamantes exaudi: et aeris sereni
tatem nobis tribue supplicantibus: vt qui pro
peccatis nostris iuste affligimur: misericordia tua pre-
ueniente clementiam sentiamus.

Pro pluuia oratio.

DA nobis domine quesumus pluuiam salutarẽ
⁊ aridam terre faciem fluentis celestibus dignã-
ter infunde Contra fulgura oratio.

OMnipotẽs sempiterne deus parce metuentibus pro-
piciare supplicibus: vt post noxios ignes nubiũ
⁊ vim procellarum: in materiam laudis transeat adiu
ratio tue potestatis. Pro fructibus terre oratio.

EFfunde q̃s dñe deus benedictionẽ tuam sup po-
pulũ tuũ: et sup oẽs fruct⁹ terre: vt his collectis:
ad laudẽ tuã ⁊ honorẽ sancti tui nominis misericordi-
ter dispensentur. Contra mortalitatem oratio.

DEus qui non mortẽ sed penitentiam desideras
pctõꝝ: populũ tuũ quesumus ad te cõuerte ꝓ-
pitius: vt dũ tibi deuotus extiterit: iracũdie tue flagel-
la ab ipso amoueas. Oratio sancti amancij.

DEus amator omnium bonorum: qui hunc dile-
ctum confessorem tuum atq; pontificẽ amãtiũ

nobis tribuisti patronum: da famulis tuis eius intercessione te semper diligere: et ad tuam misericordiam peruenire. Sequũtur orationes pro peccatis.

DEus qui nos in tantis periculis cõstitutos: pro hũana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutẽ mentis ⁊ corporis vt ea que ꝓ pctis nr̃is patimur: te adiuuante vincamus. Alia oro̅ pro pctis.

PReces populi tui q̃s dñe clementer exaudi vt q̇ iuste pro peccatis nostris affligimur: ꝑ tui noĩs gloria misericorditer liberemur. Alia oratio.

DA nobis q̃s dñe de tribulatione leticiaꝫ vt q̇ diu ꝓ pctis nostris affligimur: intercedẽte beato petro apostolo tuo: in tua mĩa respiremus. Alia oratio.

DEus qui culpa offenderis: penitentia placaris preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur auerte. Alia oratio.

DEus qui precantium aĩas nõ vis perire: sed culpas: contine quam meremur iram: et quam precamur super nos effunde clementiã: vt de merore gaudium tue misericordie cõsequi mereamur. Alia oro̅.

CLamantium ad te dñe q̃s preces dignãter exaudi: et sicut niniuitis in afflictione positis pepercisti: ita et nobis in presenti tribulatione succurre.

Oratio de omnibus sanctis.

TRibue nobis q̃s dñe iesu xp̃e filij dei viui sctãm virginem matrẽ tuã: ⁊ omnes sanctos angelos archangelos: tronos: dñationes: principat⁹: potestates ⁊ virtutes: cherubin: atq; seraphin: patriarchas ⁊ ꝓphetas: sctõsq; apostolos: euãgelistas: doctores martyres

ofessores: atq; virgines: et oēs sctōs tuos electos pro nobis iugiter orare: et eos si placet in nr̄is necessitatib⁹ digneris exaudire: et p eor̄ merita a te miaz ꝛ gr̄az valeamus obtinere. Pro caritatiua p hostib⁹ ꝛ mala agētib⁹.

Pijssime dn̄e iesu xp̄e filij dei viui: infunde grām tuā in cordibus illor̄ qui bella volunt: et aliena bona capere conantur: vt pacem diligant ꝛ inquirant: et caritatē amplectent̄ ne vlterius per vim aliquid rapere appetant: sed odiū ꝛ rancorem oīno deponant: et a malis operib⁹ desistere conent̄: quia multi sunt q̄ nos impugnant et tribulant: et nr̄a tollere nituntur. Et si forsan quod absit non amore tuo: nec timore sententie tue a predictis cessare noluerint: ne in damno aīarum suar̄ valeat redundari: exurge dn̄e ꝛ dissipent̄ inimici nostri: ꝛ oēs gētes que bella volunt ɔfundant̄ ꝛ pereāt temporaliter. qui nr̄a iniuste perdere festināt: ꝛ inique agere intendunt: contere summe deus robur et potentiam eor̄ sub pedibus querentiū pacē: et diligentiū bona ꝛ macerent̄ in corpore: priusq̄ supplicijs crucientur eternis ꝛ ne vlterius in sua malicia obstinati: vitā malam ducant in humanis: muta cor: voluntatem: et virtutem eorum in melius: vt nos et ipsi misericorditer vitam mereamur possidere sempiternam.

Oratio deuota pro quacunq; necessitate.

Domine iesu xp̄e omps: qui elegisti locum istū ad seruiendum tibi: et ad precepta tua custodiēda: da nobis in loco isto pacem et salutem: sanitatem ꝛ concordiam: atq; caritatem: fac rectores nostros scd̄m voluntatem tuam ꝛ necessitatem nostram vt te timeant: et sancta precepta tua custodiant: ꝛ nos vera cari-

tate diligant: custodi domine locum istum: et cetera alia loca: in quibus nomen sanctum tuū veraciter colitur et adoratur ab omni graui peccato et scandalo et ab omnibus insidijs et perturbationibus diaboli: tu domine qui congregationem istam ad glorificandum nomē tuum sanctum: in loco isto adunare voluisti: da nobis sanctum angelum tuum de celis adiutorē qui nos protegat et deffendat: ne patiamur detrimentū animarum nostrarum nec corporum: domine iesu christe ne respicias peccata nostra: sed respice ad deprecationem pijssime matris tue: et per intercessionē eius: sanctique michaelis archangeli: et sancti iohannis baptiste atque euangeliste ac beatorum apostolorum tuorum petri et pauli atque andree: et beatorum confessorum tuorum amācij dalmacij: et omnium sanctorum tuorum: adiuua nos sicut tu necessitatem nostram nosti. Saluator noster qui viuis. Pro vnitate et confirmatione ecclesie. oratio.

Omnipotens sempiterne deus: cuius spiritu totū corpus ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos pro tua sctā catholica ecclesia supplicantes vt illā pacificare: adunare: et gubernare in tranquillitate digneris: vt quā ex latere xpi filij tui in cruce mortui: vnicam et immaculatam formari voluisti: non sinas humanis perturbationibus et scismatibus subiacere. Pro rege oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt famulus tuus rex noster. N. qui in tua miseratione suscepit regni gubernacula virtutū etiā omnium percipiat incremēta: quibus decenter ornatus et viciorum mōstra deuitare: hostesque superare: et ad te qui via veritatis et vita es graciosius valeat peruenire. Pro domino nostro papa oratio.

DEus omnium fidelium pastor et rector famulū tuū. N. papam nostrū quē ecclesie tue preesse voluisti ꝓpicius respice: da ei q̄s verbo et exēplo quibus preest proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Contra infirmitatē orō.

DA nobis indignis miseris pctōribus q̄s oṗs deus meritis et intercessionibus sctē vginis tue genitricis marie: et oim sctōꝝ et electoꝝ: in oī tpe tribulationis et angustie solatiū: et contra pestem epedimie remediū. quatinus possimus oia vicia superare: et mandata tua sine transgressione seruare. Contra infirmitatē orō.

OMnīps sempiterne deus: q̄ meritis beati sebastiani martyris tui gloriosissimi: quādā generalē pestē epedimie hoībus mortiferam reuocasti: presta supplicibus tuis: vt ipsius precibus et meritis: ab ista peste et a morbo epedimie: et ab oībus nocumētis venenosis: necnō et ab oībus periculis aīe et corporis et a subitanea et improuisa morte liberemur. Alia orō contra mortalitatem.

DOmine iesu xp̄e redēptor et misericors: miserere nobis et libera nos ab isto morbo epedimie: dn̄e iesu xp̄e: tu q̄ dixisti nolo mortē pctōris: sed vt magis cōuertatur et viuat: ad te domine clamamus: vt per amorem virginis marie matris tue: et per merita sancti sebastiani martyris tui: et beate anastasie vginis ab ista crudeli plaga nos liberare digneris.

Alia oratio contra mortalitatem.

OMnipotens sempiterne deus factor celi et terre cūctarūq; creaturaꝝ: q̄ nō vis mortē pctōꝝ: sed vt magis ꝯuertant̄ et viuāt: q̄ sententiā latā supra ciuitatem niniue et habitantes in ea: et contra regem dauid

quando suã gentem numerauit: pie et misericorditer reuocare dignatus fuisti: maiestatẽ tuã. supplices deprecamur: vt si quam sententiam tulisti super hunc locum ꝛ habitantes in eo: ꝛ super aliũ populũ ecclesie tue sancte catholice subiectum: ipsam pie et misericorditer reuocare digneris: ꝛ angelos si quos ad hoc destinasti: ipsos a nobis longe repelle ꝛ aerem salubrem nobis cõcede: et dare digneris sctm̃ michaelem archangelum ꝛ oẽs angelos ꝛ archangelos tuos: qui nocte ac die a mortalitatis pestilentia nos protegant ꝛ deffendant: et a cũctis malis preteritis presentibus et futuris: nosqꝫ facias signari signo sctẽ crucis filij tui dñi nr̃i iesu xp̄i viui in frontib⁹ nr̃is: ꝛ in oib⁹ bonis operib⁹ habundare: ꝛ in fine ad vitã eternam cum sanctis tuis iugiter peruenire. Per eundem xp̄m. Pro quacũqꝫ tribulatione. orõ.

Inclina q̄s dñe deus omp̄s aures tue pietatis ꝛ mĩe: ꝛ exaudi preces nr̃as: aperi oculos tue maiestatis et respice ꝓpicius super nos: et da nobis clemẽtissime dñe pctõꝝ indulgentiam: ꝛ in seruicio ꝛ in mandatis perseuerantiã: ꝛ ab oĩ infirmitate vel a quocũqꝫ periculo et tempestate: et a morte subitanea atqꝫ eterna nos clementer digneris liberare et in regno tuo in fine presentis vite: nos iubeas introire letanter.

Oratio pro quacunqꝫ tribulatione.

Pie ꝛ exaudibilis dñe iesu xp̄e clemẽtiam tuã cũ omni supplicatione deposcimus: vt per interuẽtum ꝛ meritũ beate ꝛ gloriose sempqꝫ virginis marie: ꝛ oĩm sctõꝝ angeloꝝ archangeloꝝ patriarchaꝝ ꝓphetaꝝ apostoloꝝ martyꝝ confessoꝝ virginũ ꝛ oĩm ciuiũ supernoꝝ: ecclesie tue catholice: fidem augeas: pacem

et vnitatē tribuas:et nobis peccatoribus remissionem et indulgentiam omnium peccatorum concedas:infirmis salutem:lapsis reparationē:aerum cōmoditatem nauigātibus atq; iter agentibus fidelibus portum prosperum tribuas:tribulatis gaudium:oppressis releuamen:captiuis vinctis remissionem et solutionem:peregrinis ad patriam reuersionem:angelum sanctum nobis hic et vbiq; custodem et defensorem adhibeas:mutuam caritatem discordantibus: infidelibus veram fidem:et cunctis fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas. Alia oratio.

DEus qui superbis resistis: et gratiam prestas humilibus:auge in nobis vere humilitatis virtutem:cuius in se formam fidelibus vnigenitus filius tuus:exhibuit: vt nunq̄ indignationē tuam prouocemus elati:sed potius semper pietatis tue dona alacriter capiamus. Per eundem dominum.

Oratio beate brigide contra tempestatem.

DEus qui beate brigide virgini et martyri tue inimicos superare concessisti presta nobis famulis tuis:in te credentibus: vt per eius orationē atq; memoriam ab omni tempestate liberari valeamus. Increatus pater:increatus filius:increatus spiritus sanctus:dixit dominus ex bazan: conuertam conuertam in profundum maris. Domine iesu christe:qui flumē iordanis benedixisti:et in eo baptisari voluisti:bene ✠ dicere digneris has nubes quas video ante me positas vt transeant et deficiant in aquam benedictam:et cadat tempestas in locis desertis: vbi non noceat aliquibus

xpianis neqꝫ aīalibꝰ domesticis: virtute spūs sctī: ꝛ per intercessionē beate marie virginis: ꝛ beate brigide: ꝛ beate barbare: et omnium sanctorum et sanctarum dei. Per eundem christum. Ad suffragia sanctoꝝ oratio.

A Cunctis nos quesumus dn̄e mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa virgine dei genitrice maria cū beatis apostolis tuis petro et paulo atqꝫ andrea et omnibus sanctis: saluteꝫ nobis tribue benignus et pacem: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis: ecclesia tua tibi secura seruiat libertate. Pro congregatione oratio.

DEfende quesumus domine beata maria semper virgine intercedente: istam ab omni aduersitate familiam: et toto corde prostratam ab hostiū ppicíꝰ tuere clemēter insidijs. Pro remissione pctōꝝ orō.

DEus qui nullum respuis: sed quātuis peccantibꝰ per penitenciā pia miseratione placaris: respice ppicius ad preces humilitatis nostre: ꝛ illumina corda nr̄a: vt tua valeamꝰ implere p̄cepta. Per. Orō gn̄alis

PIetate tua quesumus domine nostrorum solue vincula peccatoꝝ: et intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: nos famulos tuos atqꝫ loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesqꝫ ꝯsanguinitate: affinitate: ac familiaritate nobis coniunctos: a vicijs purga: a periculis libera: virtutibꝰ illustra: pacē ꝛ salutē nobis tribue: hostes visibiles ꝛ inuisibiles remoue carnalia desideria repelle: aerem salubrem indulge: amicis ꝛ inimicis nostris veram caritatem largire: et omnibus fidelibus viuis ꝛ defunctis: in terra viuentium: vitam ꝛ requiem eternam concede.

Pro quacunq; tribulatione oratio.

NE despicias omnipotens de⁹ populū tuū in afflictione clamantē: sed ꝑpter gl'iam noīs tui: tribulatis succurre placatus. Contra paganos oratio.

OMnīs sempiterne deus: in cuius manu sunt oīm potestates: et oīm iura regnorum: respice in auxilium christianorum: vt gentes paganorum que in sua ferocitate: confidunt: dextera tue potentie cōterantur.

Pro nimis pressuris.

DEus qui contritorum non despicis gemitum: & merentium non spernis affectum: adesto precibus nr̄is: quas tibi pro tribulatione effundimus: easq; clementer exaudi: vt quicquid cōtra nos diabolice atq; humane moliuntur aduersitates ad nihilum redigat et consilio pietatis tue allidatur: quatin⁹ nullis aduersitatibus lesi: sed de oī; tribulatione et angustia erepti leti in ecclesia tua tibi gratias referamus. Per.

Tempore belli oratio.

OMnipotens et misericors deus a bellorum nos quesum⁹ turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta prestabis: si pacem dederis mentis et corporis.

Ad postulandam pacientiam oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui paciētia antiqui hostis cōtriuisti superbiam: da nobis que idem pie pro nobis pertulit digne recolere: sicq; exemplo eius nobis aduersantia equanimiter tollerare. Per eundem.

Pro stabilitate loci oratio.

OMnipotens sempiterne deus: edificator & custos hierusalem ciuitatis superne: edifica & custodi locum istū cum habitatoribus suis: vt sit in eo domiciliū

stabilitatis et pacis. Pro inimicis oratio.

DEus pacis caritatisq amator et custos: da inimicis nostris pacem caritatemq veram cũctorumq eis remissionem tribue peccatorum: nosq ab eorũ insidijs potenter eripe. Pro sterilitate terre orõ.

DA nobis quesumus domine pie supplicationis effectum: ⁊ pestilentiam famemq propiciatus auerte: vt mortalium corda cognoscant: et te indignante talia flagella prodire: et te miserante cessare. Per.

Pro quacunq tribulatione oratio.

OMnipotens sempiterne deus: respice propicius ad preces ecclesie tue: et da nobis famulis tuis: omnibusq circunstantibus fidem rectam: caritatẽ perfectam. humilitatem veram concede. vt sit nobis simplex affectus: penitentia fortis: obedientia perseuerãs: pax perpetua: rectum et mundum cor: voluntas bona conscientia sancta: compũctio spiritalis: virtus anime: vita immaculata: consummatio irreprehensibilis: vt viriliter currentes: in tuum mereamur fideliter introire regnum. Pro quacunq tribulatione oratio.

OMnipotens sempiterne deus: te supplices deprecamur: vt celestem benedictionem atq sanctificationem super nos illustrare digneris: sint oculi tue maiestatis super nos et super plebem istam: et super vniuersum populum tuũ: exaudi domine preces nostras et conserua iustos: parce peccatoribus: iustifica penitẽtes: sana languentes: visita infirmos: subueni egenis: succurre oppressis: require errantes: libera tribulatos consolare afflictos: et in omnibus necessitatibus suis vbicunq maiestatẽ tuã implorauerint: celestem mia

consequantur. Alia oratio pro quacu͠qꝫ tribulatione.
SAncte dei genitricis marie semꝑqꝫ virginis glo-
riose: et beatarum celestium virtutū: sanctorū qꝫ
patriarcharum: prophetarum: apostolorum: euangeli
starum: martyrum: confessorum: virginum monacho
rum atqꝫ omniuꝫ sanctorum: quesumus omnipotēs
deus meritis ac precibus placatus: tribue nobis mise-
ricordiam tuam: ⁊ da populo tuo inuiolabilem fidei fir
mitatem ⁊ pacem: repelle a nobis hostem famē: et oēm
immundiciam: da nobis in tua virtute constanciam ⁊
fortitudinem immitte hostibus nostris formidinem et
in valitudinem retribue omnibus nobis bona facienti
bus: vite eterne beatitudinem: da inimicis nostris ⁊ pse
quentib9 nos recognitionē ⁊ indulgentiā: cōcede defun
ctis ⁊ omnib9 in xp̄o quiescentibus remissionē pctōꝝ:
⁊ requiem sempiternam. Oratio beati gregorij.
OMp̄s et misericors deus: qui beati gregorij cōfes
soris tui atqꝫ pontificis obtentu: olim in ciuitate
romana pestem malignam cessare fecisti: concede pro-
picius: vt eius meritis et precibus: intercedente beata ⁊
gloriosa virgine dei genitrice maria: cum beato iohāne
apostolo et euangelista: et beatis martyribus tuis fa-
biano et sebastiano: ac beatis confessoribus tuis aman
cio et dalmacio nos a morte perpetua atqꝫ subitanea:
et a morbis epidimalibus clementer eripias: elemento
rumqꝫ temperiem nobis bonam tu pater per ineffabi-
lem misericordiam tuam: benigne concedere digneris.
Per. De nomine iesu oratio.
DEus qui gloriosissimum nomen iesu xp̄i vnige
niti filij tui fecisti fidelib9 tuis summe suauita-

tis amabile: et malignis spiritibus tremebundum atque terribile: concede propitius: vt omnes qui hoc nomen iesus deuote venerantur in terris sancte consolationis dulcedinem in presenti seculo participent: et in futuro gaudium exultationis obtineant. Per eundem.

¶ Ista oratio debet dici post petitionem obtentam. oratio.

Laudes et gratiarum actiones nos famuli tui indigni et peccatores referimus tibi domine sancte pater omnipotens eterne deus: vt cum multis ac diuersis malis: tribulationibus et infirmitatibus fuerimus obuoluti: precibus et meritis beatissime virginis marie: et beati amancii: et omnium sanctorum misericordia tua mediante sentimus liberati.

¶ Missa beate marie virginis.



Salue sancta parens: enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. ps. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. ℣. Gloria patri. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia: et eterna perfrui leticia. Per. Lectio libri sapientie.

Ab initio et ante secula creata sum: et vsque ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui. Et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitu

dine sanctorum detentio mea. Grad. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alleluya. V. Virga iesse floruit: virgo deū et hominem genuit pacem deus reddidit in se reconcilians ima summis. Post septuagesimam dicitur tractus.
Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti. V. Que gabrielis archāgeli dictis credidisti. V. Dū virgo deum et hominem genuisti et post partum virgo inuiolata permansisti. V. Dei genitrix intercede p nobis. Secundum lucam.

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbū dei: et custodiūt illud. Offertorium. Felix namq es sacra virgo maria: et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

Secreta.

Tua dñe ppitiatione: et beate marie semp virginis intercessione ad perpetuam atq presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. p. Communio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis: da quesumus beate marie semper virginis patrociniis nos vbiq protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per.

¶ Missa in agenda pro mortuis.



Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. v. Gloria. non dicitur finito. ps. absolute repetit. Requiem.

¶ In die depositionis defuncti oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere supplices exoramus pro anima famuli tui. N quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam a sanctis angelis suscipi: et ad patriam paradisi perduci: vt quia in te sperauit et credidit: non penas eternas sustineat: sed gaudia sempiterna possideat. Per dominum nostrum. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli.

In diebus illis. Audiui vocem de celo dicentem mihi. Scribe. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Grad. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. v. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. v. Et gratia tua illis succurrente mereantur euadere iudicium vltionis. v. Et lucis eterne beatitudine perfrui. Sequentia.

Dies ire dies illa: Soluet seclum in fauilla: Teste dauid cum sybilla. Quantus tremor est fu-

turus: Quando iudex est venturus: Cuncta stricte discussurus. Tuba mirum sparget sonum: Per sepulchra regionum: coget omnes ante thronum. Mors stupebit et natura: Cum resurget creatura: Iudicanti responsura. Liber scriptus proferetur: In quo totum continetur: Unde mundus iudicetur. Iudex ergo cū censebit: Quicquid latet apparebit: Nil inultū remanebit. Quid sum miser tunc dicturus: Quem patronum rogaturus: Dum vix iustus sit securus. Rex tremende maiestatis: Qui saluandos saluas gratis: Salua me fons pietatis. Recordare iesu pie: Quod sum causa tue vie: ne me perdas illa die. Querens me sedisti lassus: Redemisti crucem passus: Tātus labor non sit cassus. Iudex iuste ultionis: donū fac remissionis: Ante diem rationis. Ingemisco tāq̄ reus: Culpa rubet vultus meus: Supplicāti parce deus. Qui mariam absoluisti: Et latronē exaudisti: Mihi quoq3 spem dedisti. Preces mee non sunt digne: Sed tu bone fac benigne ne penni cremar igne. Inter oues locū p̄sta: Et ab hedis me seq̄stra: Statuēs in parte dextra. Confutatis maledictis: Flāmis acrib⁹ addictis: Uoca me cū b̄ndictis. Oro supplex et acclinis: Cor ɔtritū quasi cinis: Gere curam mei finis. Lachrymosa dies illa: Qua resurget ex fauilla: Iudicādus homo reus. Huic ergo parce deus: Pie iesu dn̄e. Dona eis requiē Amen.

Secundum Iohannem.

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic frater me⁹ nō fuisset mortu⁹. Sed et nunc scio quia quecunq3 poposceris a deo dabit tibi deus. Dixit ei iesus. Resurget frater tuus. Dicit

ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit et credit in me nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei qui in hunc mundum venisti. Offertorium. Domine iesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus ne cadat in obscurū: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis: quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Secreta.

Propitiare quesumus domine anime famuli tui. N. pro qua tibi hostiam laudis immolamus: maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt per hec pie placationis officia puenire mereatur ad requiem sempiternam. Per. Communio. Lux eterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis in eternum, quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Cum. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt anima famuli tui. N. que hodie de hoc seculo migrauit his sacrificiis purgata: et a peccatis expedita indulgentiam pariter et vitam capiat sempiternam. Per.

¶ Finis.



84

Registrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l. Omnes sunt quaterni preter k. et l. qui sunt terni.

¶ Finem capit Manuale parrochianorum de nouo editum ac peroptime ad vnguem correctū et in multis auctum: quo ritu sacramentum baptismi tradēdū matrimonium celebrandum ac cetera ecclesiastica officia parrochiano tangentia sint peragenda cōplectēs: vna cum tabula indicās quo folio quodcunqꝫ officiū sit situatum: vt desideratus locus sine labore querenti occurrat secundū ordinem et consuetudinem inclite cathedralis ecclesie sancte marie Ruthen̄. atqꝫ vabren̄. compilatum. Cum gratia ꝛ priuilegio episcopi vt nullus aliqua temeritate infra biennium imprimat: seu imprimere faciat sub pena confiscationis librorum et pena arbitraria eiusdem sanctissimi episcopi. Impressum. Anno salutis humane. M. ccccc. xiij. pridie kal. februarias.



Om[illegible] sum dignus ut [illegible]
[illegible] dominum [illegible]

Anno [illegible] et dei [illegible]
mensis [illegible] mandat [illegible]
[illegible]
[illegible] meum [illegible] seyelo

